T. LVCRETII CARI
DE RERVM NATVRA

LOCOS SELECTOS
AD VSVM DISCIPVLORVM EDIDERVNT
Ignatius ARMELLA CHÁVEZ Georgius A. ČEPELÁK
Aloisius MIRAGLIA, Emlen M. SMITH

Edizioni Accademia
Vivarium Novum
Roma - MMXII

Recēnsuērunt - Revisione editoriale
Jiří A. Čepelák, Luigi Miraglia

In pāginās dīgessērunt - Progetto grafico
Julien Claeys Boúúaert, Sergio Scala

Tegumentum cōnfēcit - Copertina
Alexis Hellmer

Imāginēs ex integrō dēlīneāvērunt - I disegni sono di
Salvatore Buonomo, Gerardo Guzmán Ramírez, Nadia Marano

LVCRETII DE RERVM NATVRA
locōs sēlectōs in lūcem ēdidērunt
Ignacio Armella Chávez – Jiří A. Čepelák
Luigi Miraglia – Emlen E. Smith

© Edizioni Accademia Vivarium Novum, 2012
Via Corrado Barbagallo, 20 - 00166 Roma
Tel. (+39) 06 66589833 - 06 6689034
Fax. (+39) 06 61007266
www.vivariumnovum.it
info@vivariumnovum.it

Omnia proprietātis iūra reservantur - Tutti i diritti sono riservati
Typīs excussus in Italiā - Stampato in Italia - *Printed in Italy*

ISBN 978-88-95611-28-0

È assolutamente vietata la riproduzione totale o parziale di questa pubblicazione, così come la sua trasmissione sotto qualsiasi forma e con qualunque mezzo, anche attraverso fotocopie, senza l'autorizzazione scritta delle Edizioni Accademia *Vivarium Novum*.

Ex officīnā typographicā ***Iacobelli*** s.r.l. - Romae

Res qvae hoc libro continentvr

Dē Lucrētiī vītā	p.	5
Dē Epicūrī doctrīnā		7
Dē rērum nātūrā		8
Liber I		9
Liber II		10
Liber III		10
Liber IV		11
Liber V		11
Liber VI		12
Epicūrī doctrīna Cicerōnis verbīs explanāta		13

LIBER I

Alma Venus invocātur. Poēma Memmiō praebētur	17
Laus Epicūrī - Dē Īphigenīae sacrificiō	22
Difficile Latīnīs verbīs illūstrāre obscūra Graecōrum reperta	27
Mūsārum melle versūs contingere	29

LIBER II

Dē sapientis tranquillitāte	33
Cūr corpora stāre videantur, cum atomī sint in mōtū	39
Dē mātre quae vitulum āmissum quaerit	42
Dē terrā omnium rērum mātre	46

LIBER III

Novae Epicūrī laudēs	53
Mors nihil est ad nōs, neque pertinet quidquam	57
Mortem nōn esse timendam, cum dolōre careat	61
Cūr nōn ut plēnus vītae convīva recēdis?	65

Nūllum esse Acheruntem, nūllum Tartarum	68
Multī rēgēs rērumque potentēs occidērunt	73
Saepe pondus inest animīs	76

LIBER IV

Dē amōris īnsāniā	79
Et implicitus possīs effugere īnfēstum amōrem	83

LIBER V

Nātūra rērum nōn est facta in ūsum hominum	89
Dē prīmā orbis terrārum aetāte dē hominibus prīscīs	93
Cūr mōnstra esse nōn possint	97
Dē prīmīs hominibus mōre ferārum vīventibus	102
Dē hūmānae societātis ortū	110
Dē modīs mūsicīs prīmum inventīs	112

LIBER VI

Dē fulgurum nātūrā	117
Dē morbōrum causīs; de pestilentiā Athēnīs exortā	122
Languēbant plēraque morbō et moriēbantur	128

Index vocābulōrum	137
Index nōminum	143
Notae	144

In margine pāginārum explānantur vocābula quae nōn reperiuntur in librīs quibus titulus est LINGUA LATINA PER SE ILLUSTRATA pars I: Familia Rōmāna; pars II: Rōma Aeterna, cap. XXXVI-XLV. Vocābula quae in pāginīs 5-16 reperiuntur plērumque nōn explānantur iterum in reliquō librō. Vocābula vērō, quae in plūribus capitulīs reperiuntur, singulīs locīs explānantur, ut singula capitula per sē legī possint.



Dē Lucrētiī vītā

Dē Lucrētiī vītā admodum pauca nōbīs sunt nōta. Hierōnymus in suīs *Chronicīs* haec annō XCV a. Chr. n. facta esse scrībit:

Hierōnymus -ī *m* : vir doctus, quem Chrīstiānī sānctum post mortem habuērunt (331-420 p. Chr. n.)
Chronica -ōrum *n pl* = liber quī rēs singulīs annīs gestās continet

«Titus Lucrētius poēta nāscitur, quī posteā, amātōriō pōculō in furōrem versus, cum aliquot librōs per intervālla īnsāniae cōnscrīpsisset (quōs posteā Cicerō ēmendāvit), propriā sē manū interfēcit annō aetātis XLIV.»

amātōriō pōculō : pōtiōne ad amōrem excitandum dolō datā
ēmendāvit : fortasse Cicerō Lucrētiī librum pūblicum fēcit

Dē annō autem mortis dubitātur: nam Dōnātus, grammaticus ēgregius, in suā *Vergiliī vītā*, postquam scrīpsit Vergilium annō LV a. Chr. n. togam virīlem sūmpsisse, haec addit:

toga virīlis : annō aetātis suae XVII puerī Rōmānī *togam virīlem sīve pūram* (sine purpurā) sūmunt

«ēvēnitque ut eō ipsō diē Lucrētius poēta dēcēderet».

dēcēdere (dē vītā) = morī

Itaque aut Hierōnymus aut Dōnātus errāvit; nam sī Lucrētius annō XCV nātus et annō LV mortuus est, fierī nōn potest ut annō aetātis XLIV dēcēsserit. Nihil igitur certius dīcī potest quam Lucrētium nātum esse *ferē* annō XCV et mortuum esse *paulō post* quadrāgēsimum aetātis annum.

Pompeiī -ōrum *m pl*

Ubi vērō nātus sit, item incertum. Nōnnūllī enim putant eum Rōmānum fuisse; aliī, contrā, nōn inānibus argūmentīs addūcuntur ut crēdant illum Pompeiīs, in oppidō Campāniae, haud humilī locō nātum esse.

vērī simile = quod vērum esse vidētur

at-tamen

aegritūdō -inis *f* = dolor animī

poēma -atis *n* = opus versibus scrīptum, carmen

mortem sibi cōnscīscere = sē interficere

Vix praetereā vērī simile est eum amātōriō pōculō in furōrem versum esse. Attamen nōn omnīnō falsum iūdicandum vidētur esse: nam in ipsō eius opere nōnnūlla sunt, ex quibus appāret Lucrētiī animum, nisi īnsāniā affectum, certē valdē turbātum fuisse atque perpetuā sīcut aegritūdine oppressum, quā fiēbat ut assiduā labōrāret maestitiā. Multī igitur virī doctī nōn indignum fidē putant eum *per intervālla īnsāniae* vel saltem poēticō quōdam furōre permōtum suum poēma scrīpsisse. Neque est cūr dubitēmus quīn mortem ipse sibi cōnscīverit.





Dē Epicūrī doctrīnā

Epicūrus -ī *m*
doctrīna -ae *f* = quod docētur

Ut aegritūdinem suam lēnīret, Lucrētius Epicūrī doctrīnam coluit, Graecī philosophī, quī docēbat quōmodo hominis vīta beāta fierī posset, iīs omnibus timōribus excussīs, quibus identidem turbāmur. Epicūrus, ut ante eum Dēmocritus fēcerat, docet omnia, quae vidēmus, et ūniversum mundum, omnem rem, omnem māteriam efficī ex partibus minimīs, quae semper moventur. Eae particulae minimae, quae dīvidī nōn possunt, Graecē appellantur 'atomī'.

lēnīre = mītigāre
philosophus -ī *m* = vir sapiēns
ex-cutere = expellere, abicere
Dēmocritus -ī *m* : philosophus Graecus (V saec. a.Chr.n.)
particula -ae *f* = parva pars
atomus -ī *f*

Hae atomī per ināne dēcidunt motū quōdam rēctō, ut imbris guttae; subitō tamen, neque ūllā lēge, ita dēclīnāre solent, ut inter sē concurrentēs coeant et congregentur. Nōn ūnus mundus est, sed īnfīnītī, inter quōs spatia vacua sunt (*intermundia* Latīnē dicta), ubi deī vīvunt, quī igitur rēs hūmānās nōn cūrant, neque sunt verendī.

ināne - is *n* = spatium vacuum, immēnsum | dē-cidere = deorsum cadere
gutta -ae *f*
dē-clīnāre = inclīnāre
co-īre (< cum + īre) = convenīre
con-gregāre (< cum + gregāre) = in gregem cōgere
inter-mundium -ī *n*

corpusculum -ī *n* = parvum corpus
dis-solvere
dis-solūtiō -ōnis *f* < dissolvere

Animus ipse ex atomīs cōnstat; ergō, cum corpuscula illa prīma dissolvuntur, animus quoque, quī ex illīs est factus, dissolvitur. Mors est haec atomōrum dissolūtiō. Cum igitur nōs sumus, mors nōn est; cum vērō mors adest, nōs nōn iam sumus. Nōn est ergō mors timenda, quia, cum aderit, nihil sentiēmus.

au-ferre abs-tulisse ab-lātum
voluptās -ātis *f* = quod dēlectat, rēs iūcunda (↔ dolor)
nātūrālis -e < nātūra
com-ēsse = ēsse
sē-cēdere = discēdere ā cēterīs

Animī tranquillitās numquam turbāta erit, sī, timōre mortis atque deōrum ablātō, perpetuā fruēmur voluptāte. Sunt tamen tria voluptātis genera: voluptātēs nātūrālēs et necessāriae (sīcut comēsse, bibere, dormīre); voluptātēs nātūrālēs, nōn vērō necessāriae (sīcut uxōrem dūcere, līberōs gignere et alere); voluptātēs neque nātūrālēs neque necessāriae (sīcut petere glōriam et honōrēs). Sapiēns ex hīs tribus generibus prīmum tantum exercēbit, cētera dēspiciet; immō sēcēdet quantum poterit ab hominum societāte, neque ad rem pūblicam accēdet, sed ferē occultus vīvet.

rērum nātūra = rērum omnium et tōtīus mundī ratiō

Dē rērum nātūrā

illūstrāre = explānāre

Opus quō Lucrētius Epicūrī doctrīnam illūstrāvit, ē sex librīs *dē rērum nātūrā* cōnstat. Lucrētius tōtam poēticī operis suī māteriam ita composuit, ut prīmīs duōbus librīs dē atomīs eārumque motū, duōbus īnsequentibus dē homine eiusque animō mortālī, ultimīs vērō duōbus dē mundō ūniversō dēque deīs ageret.

Liber I

Incipit Lucrētius opus suum mīrābilī quōdam carmine, cuius versibus Venerem, almam omnium rērum genetrīcem, et invocat et laudat: est enim Venus vīs illa nātūrae, quā omnia animālium, herbārum arborumque genera gignuntur. Sequuntur māximae laudēs Epicūrī, quī prīmus hominibus sub gravī religiōnis pondere oppressīs succurrerit, prīmusque ausus sit mortālēs oculōs ad altiōra tollere, ut nātūrae portās, ūsque ad illud tempus clausās, ingeniī vī effringeret. Līberāvit igitur Epicūrus hominēs vānō deōrum metū, quō saepe māxima scelera sint facta: quod ut dēmōnstret, Lucrētius horrendum Īphigenīae sacrificium ita nārrat, ut legentium animōs vehementer commoveat: nam Īphigenīa, iuvenis virgō, ab ipsō Agamemnone patre deīs sacrificāta erat, ut Graecōrum classī, ad bellum cum Trōiānīs profectūrae, fēlīx faustusque exitus darētur. Deinde incipit poēta Epicūrī doctrīnam explānāre, quamquam nōn ignōrat difficile esse Latīnīs versibus obscūra Graecōrum reperta illūstrāre, cum ipsa verba ad hoc faciendum idōnea saepe dēsint. Docet igitur nihil ē nihilō gignī, nihil in nihilum revertī: esse in tōtō mundō minimās partēs, quae neque dīvidī neque cernī oculīs possint; quās *atomōs* Graecī, *rērum prīmōrdia* Lucrētius ipse vocat. Haec corpuscula minima et innumerābilia in immēnsō spatiō, quod *ināne* poēta appellat, volitent: omne igitur, quod est, dīcit cōnstāre ex māteriā et inānī spatiō, sine quō sēmina illa prīma māteriae movērī nōn possent.

almus -a -um (< alere) = quī alit; benignus

Īphigenīa -ae *f* = fīlia Agamemnonis

exitus -ūs *m* < exīre (ē portū)

repertum -ī *n* = quod repertum est


nihilum -ī *n* = nihil, nūlla rēs

prīmōrdia -ōrum *n pl* = prīncipia

in-numerābilis -e = quī numerārī nōn potest

sēmina (rērum) = atomī, rērum prīmōrdia

Liber II



agitāre = citō movēre

radius -ī *m*

ad līneam = rectē deorsum [↓]

inclīnātiō -ōnis *f* < inclīnāre
clīnāmen -inis *n*

varietās -ātis *f* < varius
elementa -ōrum *n pl* = prīncipia, rērum prīmōrdia
sapor -ōris *m* : *sapōrēs* linguā sentīmus
sēnsus -ūs *m* < sentīre

per-cipere = sentīre, animadvertere

īn-fīnītus -a -um = sine fīne, immēnsus

Prīncipia illa prīma perpetuō et aeternō mōtū agitantur, similia minimīs illīs corpusculīs, quae, cum sōlis radiī in opācās domōs penetrant, in ipsō radiōrum lūmine miscentur. Atomī dēcidunt per ināne ad līneam, dōnec quaedam subitō ac sponte ita inclīnantur, ut, cum aliīs corpusculīs coeuntēs, rēs omnēs, quae sunt in hōc mundō, efficiant. Quae inclīnātiō Graecō nōmine *clīnāmen* dīcitur. Variae praetereā sunt atomōrum fōrmae, ex quibus rērum omnium varietās oritur. Haec prīma elementa tamen colōre, sapōre, frīgore, calōre carent neque quidquam habent, quod sēnsibus percipitur, etsī omnia quae percipiuntur ex atomīs cōnstant. Cum vērō īnfīnītum sit ināne et māteria quoque īnfīnīta, īnfīnītus est mundōrum numerus. Ut singula, quae sunt in mundō, ita mundus ipse tōtus senēscit et paulātim ad fīnem perveniet.

Liber III

efferre (laudibus) = valdē laudāre

dif-fundere

regiōne : parte

corporeus -a -um < corpus

Postquam iterum Epicūrum laudibus extulit, Lucrētius ostendere cōnātur vānum esse timōrem hominum, quī vītam post mortem esse cēnseant; ut hoc faciat, *animī* et *animae* nātūram dēclārat; nēquāquam idem animam, et animum esse dīcit: animam esse, quā vīvimus, animum vērō, quō sapimus; animam esse vim tōtō in corpore diffūsam, animum in mediā pectoris regiōne situm esse. Nātūram autem animī et animae docet esse corpoream et ex minimīs, rotundīs et levibus atomīs cōnstāre.

Liber IV

In quārtō librō Lucrētius docet ex omnibus rēbus *simulācra* sīve imāginēs gignī, quae cum oculōs vel aurēs vel aliōs sēnsūs tangant, efficiant ut rēs vidēre, audīre, atque gustū, tāctū, odōrātū sentīre possīmus. Haec quoque simulācra ex particulīs minimīs cōnstāre dīcit, quae ex rēbus ēmānent. Etiam mentem dīcit hīs simulācrīs movērī: inde somnia et imāginēs, quae animō obversentur, et cōgitāta fierī affīrmat. In extrēmā librī parte vehementer in mulierum amōrem invehitur, quī eī quasi quaedam īnsānia vidētur esse, quā virī dolīs turpissimīsque aliīs rēbus afficiantur.

gustus -ūs *m* < gustāre
tāctus -ūs *m* < tangere
odōrātus -ūs *m* < odor
ē-mānāre = ef-fluere
ob-versārī : o. animō = versārī in animō
cōgitātum -ī *n* = quod cōgitātur
vehementer *adv* : valdē
in-vehī in (+*acc*) = verbīs oppugnāre, maledīcere

Liber V

Liber incipit ab aliīs Epicūrī laudibus; quī quidem nōn homō sed vērus et ūnus deus Lucrētiō vidētur fuisse: nam ille ūnus dē hominum genere optimē meritum esse dīcit, cum iīs eam sapientiam largītus sit, quā mortālium animōs mortis metū cēterīsque vānīs timōribus līberāverit. Docet posteā Lucrētius mundum initium ōlim habuisse et, sīcut omnia quae in eō continentur, aliquandō peritūrum; omnia nōn Deī prōvidentiā, sed omnīnō cāsū et fortuītō facta esse, rērum sēminibus temere inter sē convenientibus; dein ostendit quōmodo hominēs prīscī, quī ferīnam vītam agēbant vagantēs per silvās, cōnsociātī sint et prīmum rērum nōmina invēnerint atque inter

sapientia -ae *f* < sapiēns
mundum peritūrum esse
prōvidentia -ae *f* (< *prō-vidēre*) = prūdentia
fortuītō *adv* = forte, sine cōnsiliō
temere *adv* = sine causā
prīscus -a -um = antīquus
ferīnus -a -um < fera
cōn-sociāre = coniungere

sē loquī coeperint; inde coniugia, iūra, lēgēs, foedera orta sunt; inde religiō et pietās in deōs, quōs hominēs, vērās rērum causās ignōrantēs, tōtum mundum regere et gubernāre falsō crēdidērunt, cum contrā sēcūrī illī in intermundiīs tranquillam vītam agerent, neque quidquam dē mundō neque dē hominibus cūrārent. Praetereā mōnstrat quōmodo hominēs ex metallīs īnstrūmenta cōnficere didicerint, et inde dē variārum artium orīgine tractat, dē mūsicā et cantū; docet dēnique quōmodo agrī colī coeptī sint. Quō exquīsītiōrēs tamen artēs factae sunt, eō īnfēlīciōrēs hominēs sunt factī, cum ex cupiditātibus nātūrālibus et necessāriīs, quibus ūnīs prīmum movēbantur, ad cupiditātēs neque nātūrālēs neque necessāriās magis magisque trānsiissent.

sēcūrus -a -um = sine cūrā, nihil cūrāns

tractāre = agere, loquī

mūsica -ae *f* = ars canendī

ex-quīsītus -a -um = magnā cum cūrā et diligentiā factus

Liber VI

Liber sextus est dē caelō ac dē tonitrū fulguribusque: negat Lucrētius Iovem facere tonitrum et fulgura, ac dīcit tālia fierī cum nūbēs volantēs in caelō concurrant ventīs pugnantibus; sīc cēterārum āeris marisque perturbātiōnum causās quaerit vērās, ut hominēs ā vānō deōrum metū līberet. Dē terrae mōtibus, dē tempestātibus, dē flammīs et liquentibus saxīs, quae ex īmīs terrae visceribus interdum ērumpunt agit; dē vapōribus pestiferīs, quī ēduntur ex terrā et āera polluunt; ex huius generis vapōribus pestem illam ortam esse nārrat, quā Atheniēnsēs Peloponnēsiacō bellō sunt affectī;

per-turbātiō -ōnis *f* < per-turbāre

liquēns -entis (< *liquēre*) = esse *liquidus*, ut sunt aqua, lac, vīnum...

vapor -ōris *m* = āēr calidus, quī ē terrā ēditur

polluere = sordidum facere (↔ purgāre)

Peloponnēsiacus -a -um < Peloponnēsus [P. bellum annō 431 a. Chr. n. initium habuit]

tōtum poēma in hoc horrendum spectāculum dēsinit: vidēmus mortuōrum corpora rogīs imposita, hominēs maerentēs et clāmantēs, ubīque lūctum flētumque.

Epicūrī doctrīna
Cicerōnis verbīs explanāta

Quid est in physicīs Epicūrī nōn ā Dēmocritō? Nam, etsī quaedam immūtāvit, ut in inclīnātiōne atomōrum, tamen plēraque dīcit eadem: atomōs, ināne, imāginēs, īnfīnitātem locōrum innumerābilitātemque mundōrum, eōrum ortūs, interitūs, omnia ferē, quibus nātūrae ratiō continētur.

Nāt. deōr. I, 73
physica -ōrum *n pl* = doctrīna dē rērum nātūrā
nōn ā Dēmocritō *sūmptum*
im-mūtāre

īnfīnitās -ātis *f* < īnfīnītus
innumerābilitās -ātis *f* < innumerābilis
inter-itus -ūs *m* (< *inter-īre*) = mors

Cēnset [...] illa *Dēmocritī* indīvidua et solida corpora ferrī suō deorsum pondere ad līneam: hunc nātūrālem esse omnium corporum mōtum. Deinde [...] homō acūtus, cum illud occurreret, sī omnia deorsum ē regiōne ferrentur, et, ut dīxī, ad līneam, numquam fore, ut atomus altera alteram posset attingere, [...] dēclīnāre dīxit atomum perpaulum [...]: ita efficī complexiōnēs et adhaesitātiōnēs atomōrum inter sē: ex quō efficerētur mundus, omnēsque partēs mundī, quaeque in eō essent.

Fīn. I, 18-19
in-dīviduus -a -um = quī dīvidī nōn potest
solidus -a -um = dūrus et integer

acūtus -a -um = prūdēns
ē regiōne et ad līneam = aliud iuxtā aliud [↓↓]

per-paulum *adv* = minimē, admodum paulum
complexiō -ōnis *f* < complectī
ad-haesitātiō -ōnis *f* < ad-haerēre

In hāc igitur immēnsitāte lātitūdinum, longitūdinum, altitūdinum, īnfīnīta vīs innuberābilium volitat atomōrum: quae, interiectō inānī, cohaerēscunt tamen inter sē et aliae aliās apprehendentēs continuantur: ex quō efficiuntur hae rērum fōrmae et figūrae.

Nāt. deōr. I, 54
immēnsitās -ātis *f* < immēnsus
lātitūdō -inis *f* < lātus
altitūdō -inis *f* < altus

co-haerēscere = ūnā haerēre
continuāre = coniungere

Nāt. deōr. I, 43-45
quod = cum
nōtiō -ōnis *f* = quod nōvimus
anticipātiō -ōnis *f* = nōtiō nātūrā animō impressa
īn-situs -a -um (< īn-serere) = (animō) impressus | in-nātus -a -um = quī nātūrā in nōbīs est
cognitiō -ōnis *f* < cognōscere
īn-sculpere -sculpsisse -sculptum = imprimere
negōtium -iī *n* = rēs (difficilis/molesta) | exhibēre = praebēre, afferre | exhibēre negōtium alterī : molestus esse
imbēcillus -a -um = īnfirmus

Sōlus [...] vīdit [...] esse deōs, quod in omnium *hominum* animīs nōtiōnem impressisset ipsa nātūra. Quae est enim gēns, aut quod genus hominum, quod nōn habeat, sine doctrīnā, anticipātiōnem quandam deōrum? [...] Intellegī necesse est esse deōs, quoniam īnsitās eōrum vel potius innātās cognitiōnēs habēmus. [...] Nōbīs [...] nātūra [...] īnsculpsit in mentibus, ut eōs aeternōs et beātōs habērēmus [...] Quod beātum aeternumque *est*, id nec hab*et* ipsum negōtiī quidquam, nec exhib*et* alterī: itaque neque īrā, neque grātiā tenē*tur*, quod, quae tālia *sunt*, imbēcilla *sunt* omnia.

Nāt. deōr. I,51-53
occupātiō -ōnis *f* ↔ ōtium
mōlīrī -ītum esse = facere incipere
explōrātum habēre = certō scīre
sēcūritās -ātis *f* < sēcūrus
vacātiō -ōnis *f* = ōtium; *v.* mūnerum = ōtium ā mūneribus

Vīta deōrum [...] ea *est*, [...] quā nihil beātius cōgitārī potest: nihil enim agit *deus*, nūllīs occupātiōnibus est implicātus: nūlla opera mōlītur: suā sapientiā et virtūte gaudet; habet explōrātum, fore sē semper cum in māximīs, tum in aeternīs voluptātibus. [...] Nōs autem beātam vītam in animī sēcūritāte et in omnium vacātiōne mūnerum pōnimus.

Dīv. 2, 17, 40

Deōs [...] indūxit Epicūrus [...] habitantēs, tamquam inter duōs lūcōs, sīc inter duōs mundōs.

Fīn. I, 29
īnstituit : statuit
ap-petere (< ad + petere) = cupidē petere
a-spernārī = spernere
re-pellere

Extrēmum et ultimum bonōrum [...] Epicūrus in voluptāte pōnit, quod summum bonum esse vult; summumque malum dolōrem; idque īnstituit docēre sīc: omne animal, simul atque nātum sit, voluptātem appetere, eāque gaudēre, ut summō bonō; dolōrem aspernārī, ut summum malum, et, quantum possit, ā sē repellere.

Māximam voluptātem illam habēmus, quae percipitur omnī dolōre dētractō.

Fīn. I, 37

dē-trahere

Sapiēns sōlus, amputātā [...] inānitāte omnī et errōre, nātūrae fīnibus contentus, sine aegritūdine pot*est* et sine metū vīvere.

Fīn. I, 44

amputāre = caedere, adimere
inānitās -ātis *f* < inānis
contentus -a -um + *abl* = quī rē quam habet dēlectātur

Epicūrus [...] ūnum genus posuit eārum cupiditātum, quae essent et nātūrālēs et necessāriae; alterum, quae nātūrālēs essent, nec tamen necessāriae; tertium, quae nec nātūrālēs, nec necessāriae. [...] Necessāriae nec operā multā nec impēnsā expl*entur*. Nē nātūrālēs quidem multa dēsīderant, propterea quod ipsa nātūra dīvitiās, quibus contenta sit, et parābilēs et terminātās habet. Inānium autem cupiditātum nec modus ūllus nec fīnis invenīrī potest, hīsque pārendum nōn est.

Fīn. I, 45

impēnsa -ae *f* = pecūnia quae solvitur
propterea quod = quod
parābilis -e = quī facilē parārī potest
terminātus -a -um ↔ īnfīnītus

Rōbustus animus omnī est līber cūrā et āngōre, cum et mortem contemnit [...] et ad dolōrēs ita parātus est [...] ut [...] aequō animō ē vītā, cum ea nōn placeat, tamquam ē theātrō, ex*eat*.

Fīn. I, 49

rōbustus -a -um (< rōbur) = fīrmus, validus | omnī cūrā
āngor -ōris *m* = animī dolor

Clāma*t* Epicūrus [...] nōn posse iūcundē vīvī, nisi sapienter, honestē, iūstēque vīvātur; nec sapienter, honestē, iūstē, nisi iūcundē. Ab Epicūrō sapiēns, semper beātus, sīc indūcitur: fīnītās habet cupiditātēs, neglegit mortem, dē diīs immortālibus sine ūllō metū vēra sentit; nōn dubitat, sī ita melius sit, migrāre dē vītā. Hīs rēbus īnstrūctus, semper est in voluptāte: neque enim tempus est ūllum, quō nōn plūs habeat voluptātum quam dolōrum. Nam et praeterita grātē meminit, et praesentibus ita

Fīn. I, 57; 62

migrāre dē vītā = morī
īn-struere; rēbus īnstrūctus = rēs habēns

potītur, ut animadvertat, quanta sint ea, quamque iūcunda; neque pendet ē futūrīs, sed exspectat illa, fruitur praesentibus; [...] et cum stultōrum vītam cum suā comparat, magnā afficitur voluptāte.

Fīn. I, 65

com-parāre = parāre

Dē amīcitiā [...] Epicūrus quidem ita dīcit: omnium rērum, quās ad beāte vīvendum sapientia comparāverit, nihil esse māius amīcitiā, nihil ūberius, nihil iūcundius.

Fīn. II, 93

Māximus dolor, inquit, brevis est; sī longus, levis.

Fīn. II, 100

Scrīpsit [...] mortem nihil ad nōs pertinēre: quod enim dissolūtum sit, id esse sine sēnsū; quod autem sine sēnsū sit, id nihil omnīnō ad nōs pertinēre.



T. Lucrētiī Cārī, *Dē Rērum Nātūrā*

LIBER I

Alma Venus invocātur. Poēma Memmiō praebētur

Lucrētius poēta Venerem deam hīs ferē verbīs invocat: "Alma Venus, Aeneadum māter, voluptās hominum atque deōrum, quae sub caelī stellīs animālibus replēs mare et fertilēs terrās; quia omne genus animantium per tē concipitur, et, genitum, videt lūmen sōlis; ō dea, inquam, ventī et nūbila caelī tē fugiunt, adventumque tuum; tellūs subicit tibi suāvēs flōrēs; aequora maris rīdent tibi; et plācātum caelum splendet lūce ubīque diffūsā. Nam cum prīmum pulchritūdō vērnī temporis patuit, et Favōnius flandō viguit, tunc prīmum

Aeneadēs -um *m pl* = Rōmānī (: fīliī Aenēae)

replēre = complēre
animāns -antis *n* = animal
con-cipere = sēmen novae vītae in sē recipere

nūbila -ōrum *n pl* = nūbēs
tellūs -ūris *f* = terra
subicit : offert, praebet (sub pedibus tuīs)
suāvis -e = dulcis, iūcundus
plācāre = conciliāre, mītigāre (↔ turbāre)
vērnus -a -um < vēr
Favōnius -ī *m* = Zephyrus
vigēre -uisse = vigōre fruī

avēs, tuā vī intrā corda commōtae, praenūntiant tē, ō dea, tuumque adventum; deinde ferae bēstiae et pecora hūc et illūc laeta saliunt, et natandō trānseunt flūmina; ita, capta tuō lepōre, sequuntur tē quō ea agere vīs. Dēmum et in maribus, et in flūminibus rapidīs, et in frondibus, in quibus habitant avēs, et in agrīs viridibus, iniciēns per pectora cūnctīs animantibus blandum amōrem, facis, ut cupidē animal quodque propāget genus suum. Quoniam igitur sōla es, quae regis nātūram rērum, nec quidquam sine tē exoritur in dīvīnās regiōnēs lūcis, neque quidquam fit iūcundum, nec amōre dignum; cupiō tē mihi fierī sociam in scrībendīs carminibus, quae ego cōnor pangere dē rērum nātūrā Memmiadae nostrō, quem tū, ō dea, ōrnātum rēbus omnibus, voluistī ut semper cēterīs praestāret; quā rē, ō dea, dā eō magis aeternum lepōrem versibus meīs; et effice ut intereā crūdēlia mūnera bellī per maria et per terrās omnēs quiēscant. Tū enim sōla potes adiuvāre hominēs tranquillā pāce, quia Mārs regit crūdēlia mūnera bellī, quī saepe, victus aeternō vulnere amōris, sē reicit in sinum tuum; atque ita, sūrsum aspiciēns, inclīnātō scīlicet collō, dēlectat amōre avidōs oculōs, quasi apertō ōre appetēns tē, ō dea; et spiritūs illīus recumbentis pendet ex ōre tuō. Tū, ō dea, dum amplecteris illum iacentem in gremiō sacrī tuī corporis, prōfer ex ōre blandās loquēllās, poscēns ab eō tranquillam pācem Rōmānīs. Etenim neque in hōc tempore adversō nōbīs aequō animō licet variās sententiās dē rēbus dīcere, neque in rēbus ita turbātīs clāra prōlēs Memmiī potest salūtī commūnī deesse."

prae-nūntiāre

lepōs lepōris *m* = grātia, ingenium iūcundum, *venustās* (*-ātis, f* < venustus)

viridis -e = herbae colōre

propāgāre = augēre, plūra facere

exoritur in regiōnēs lūcis : nāscitur, in lūcem ēditur

socius -ī *m* / socia -ae *f*
pangere pānxisse pāctum = fīgere (litterās in tabulā) : scrībere, compōnere
Memmiadēs -ae *m* = homō gentis Memmiae : Memmius
praestāre (+*dat*) = melior esse (quam)

re(i)icere (-iō) -iēcī -iectum < re + iacere
inclīnāre = flectere

avidus -a -um = valdē cupidus

appetēns = cupidus
spīritus -ūs *m* (< spīrāre) = anima

loquēlla -ae *f* = sermō

in hōc tempore adversō = inter hās rēs adversās
aequō animō = tranquillē

prōlēs -is *f* = stirps, fīlius/fīlia
commūnī salūtī : salūtī rēī pūblicae

I, 1-43

Aeneadum genetrīx, hominum dīvumque voluptās,
alma Venus, caelī subter lābentia signa
quae mare nāvigerum, quae terrās frūgiferentēs
concelebrās, per tē quoniam genus omne animantum
concipitur vīsitque, exortum, lūmina sōlis:
tē, dea, tē fugiunt ventī, tē nūbila caelī
adventumque tuum, tibi suāvēs daedala tellūs
summittit flōrēs, tibi rīdent aequora pontī
plācātumque nitet diffūsō lūmine caelum.
Nam simul ac speciēs patefactast vērna diēī
et reserāta viget genitābilis aura Favōnī,
āeriae prīmum volucrēs tē, dīva, tuumque
significant initum perculsae corda tuā vī.
Inde ferae, pecudēs persultant pābula laeta
et rapidōs trānant amnēs: ita capta lepōre
tē sequitur cupidē quō quamque indūcere pergis.
Dēnique per maria ac montēs fluviōsque rapācēs
frondiferāsque domōs avium campōsque virentēs
omnibus incutiēns blandum per pectora amōrem
efficis ut cupidē generātim saecla propāgent.

dīvus -ī *m* = deus | (-um = ōrum)
quae, subter lābentia signa caelī (: sub stēllīs et astrīs quae in caelō volvuntur), *con-celebrās* mare nāvigerum, quae concelebrās terrās frūgiferentēs
subter *prep* (+ *acc*) ↔ super
nāviger -era -erum = in quō nāvēs ferrī possunt
frūgi-ferēns -entis = quī frūgēs fert, fertilis
con-celebrāre = vītā (: animālibus) implēre
per tē quoniam : quoniam per tē
animantum = animantium
vīsit : videt
exortum : postquam genitum est

suāvēs flōrēs
daedalus -a -um = artifex

sub-mittit : pōnit sub pedibus
aequora pontī : summum mare
caelum plācātum
nitēre -uisse = splendēre, lūcēre
dif-fūsus -a -um < dif-fundere = spargere
speciēs vērna
patefactast = patefacta est
reserāre = aperīre (aura Favōnī reserāta : a. F. līberāta)
genitābilis -e : quī gignere potest
āerius -a -um (< āēr) ↔ terrestris
tuum initum
corda : in cordibus
significant : nūntiant
initus -ūs *m* ↔ exitus
ferae et pecudēs | persultāre < per + saltāre | persultant pābula : saliunt passim per pābula
pābulum -ī *n* = campus cuius herbā pāscuntur pecudēs
laeta : fertilia
trā-nāre < trāns + nāre
quō*cumque* pergis indūcere quamque *feram*, *illūc ea* tē sequitur cupidē
rapāx -ācis (< rapere) : rapidus

frondi-fer -era -erum = quī frondēs fert; f. domōs avium : silvās
virēre -uisse = flōrēre, herbā opertus esse
incutere -io = inicere
blandum amōrem

generātim = secundum genera
saecula : stirpem, prōlem

quae quoniam : quoniam tū, Venus
gubernās : regis

Quae quoniam rērum nātūram sōla gubernās

dīus -a -um = dīvus

nec sine tē quicquam dīās in lūminis ōrās

amābilis -e = amandus

exoritur neque fit laetum neque amābile quicquam,

studēre : cupere
tē esse sociam *in* versibus scrībendīs

tē sociam studeō scrībendīs versibus esse,
quōs ego dē rērum nātūrā pangere cōnor

in omnī tempore : omnī occāsiōne
ōrnātum omnibus rēbus

Memmiadae nostrō, quem tū, dea, tempore in omnī

excellere = praestāre (cēterīs)

omnibus ōrnātum voluistī excellere rēbus.

quō : quam ob rem
aeternum lepōrem
dictīs : versibus meīs

Quō magis aeternum dā dictīs, dīva, lepōrem.

moenera = mūnera
-āī = -ae (*gen*)

Effice ut intereā fera moenera mīlitiāī
per maria ac terrās omnēs sōpīta quiēscant.
Nam tū sōla potes tranquillā pāce iuvāre

Māvors -rtis *m* = Mārs

mortālēs, quoniam bellī fera moenera Māvors

armi-potēns -entis = potēns armīs
quī saepe sē reiicit in gremium tuum

armipotēns regit, in gremium quī saepe tuum sē

dēvictus aeternō vulnere

rēiicit aeternō dēvictus vulnere amōris,

cervīx -īcis *f* = collī pars posterior



teres teretis *adi* = aequus atque rotundus | repos*i*tā

atque ita suspiciēns, teretī cervīce repostā

inhiāre = intuērī ōre apertō
vīsus -ūs *m* : oculī
amōre pāscit avidōs vīsūs

pāscit amōre avidōs inhiāns in tē, dea, vīsūs

ēque tuō… ōre : et ē tuō ōre
resupīnus -a -um = in tergō iacēns
Mārtis resupīnī

ēque tuō pendet resupīnī spīritus ōre.

re-cubāre = resupīnus iacēre

Hunc tū, dīva, tuō recubantem corpore sānctō


circumfūsa super, suāvēs ex ōre loquēllās
funde, petēns placidam Rōmānīs, incluta, pācem.
Nam neque nōs agere hoc patriāī tempore inīquō
possumus aequō animō nec Memmī clāra propāgō
tālibus in rēbus commūnī dēsse salūtī.

circumfūsa tuō corpore sānctō super hunc (: Mārtem) recumbantem | circum-fundere
placidam pācem | *ō* incluta

hōc tempore inīquō (: perīculōsō) patriae

nec Memmī clāra propāgō (: Memmius) potest de-*esse*
propāgō -inis *f* = prōlēs





Laus Epicūrī - Dē Īphigenīae sacrificiō


Cum vīta hominum foedē iacēret in terrīs ante cōnspectum omnium, oppressa sub onere religiōnis, quae ā caelī regiōnibus caput mōnstrābat, inde terrēns hominēs horrendō suō aspectū, prīmum Grāius homō ausus est tollere hūmānōs oculōs adversus illam, et prīmus nōn timuit contrā illam obsistere; quem hominem neque nōmen deōrum, neque fulmina, neque caelum minantī murmure retinuit, sed eō magis incitāvit ācrem animī eius vim, ut prīmus cuperet frangere angusta claustra portārum Nātūrae. Ergō ācris virtūs illīus animī pervīcit cūncta, et prōgressa est longē ultrā flammantia moenia mundī; et ipse pererrāvit mente et animō ūniversum mundum, cui nūllus est fīnis. Inde rediēns ille victor refert nōbīs quid possit orīrī, quid nequeat; quōmodo dēnique rēs quaeque fīnītam

aspectus -ūs *m* (< aspicere) = speciēs, cōnspectus
Grāius -a -um = Graecus
Grāius homō : Epicūrus, philosophus Graecus quem sequitur Lucrētius
ob-sistere = resistere
murmur -uris *n* = sonus fremēns
claustra -ōrum *n pl*
per-vincere = omnīnō vincere
flammāre < flamma
nequīre -eō -īvisse = nōn posse

potestātem habeat, et terminum altē positum. Quam ob rem iam religiō ipsa, humī prōiecta, hominum pedibus premitur, victōria vērō illīus virī nōs exaequat caelō. "At in hīs rēbus" ait Lucrētius "illud dē tē timeō, ō Memmī, nē fortasse putēs tē incipere impiam doctrīnam discere, et ingredī iter sceleris.

ex-aequāre = aequum facere
illud timeō, nē...
doctrīna -ae *f* = quod docētur





Quod quidem contrārium est: nam saepius religiō illa ēdidit scelerōsa atque impia facta: sīcut factum est, cum dūcēs Danaum, fortēs et prīmī virī, turpāvērunt in Aulide Triviae virginis āram Īphianassae sanguine; cui simul atque īnfula, posita circum comās virgineās, profūsa est aequāliter ex utrāque parte genārum, ipsa statim sēnsit patrem suum maestum stāre ante āram, et prope illum ministrōs cēlāre cultrum, et cīvēs effundere lacrimās ad suum cōnspectum; ipsa vērō, facta mūta metū, genibus terram petēbat: neque id in tālī tempore poterat iuvāre miseram illam, quod prīma nōmen 'patris' rēgī Agamemnonī dederat. Nam, sublāta manibus virōrum, tremebunda, ad āram ducta est; nōn ut, sollemnī rītū sacrōrum perfectō, nōbilī virō nūbere posset, sed ut potius,

scelerōsus -a -um < scelus
prīmī virī : prīncipēs virōrum
turpāre = turpem facere
Aulis -idis *f* = portus Boeōtiae unde classis Graecōrum Trōiam profecta est | Trivia -ae *f* = Diāna
Īphianassa -ae*
īnfula -ae *f*: līnea quā vēlātur caput hostiae | virgineus -a -um < virgō
in tālī tempore = in hīs rēbus
tremebundus -a -um = tremēns
sollemnis -e = quod certīs temporibus solet fierī

* 'Īphianassam' vocat Lucrētius Īphigenīam; Īphianassa vērō altera Agamemnonis fīlia fuit.

impūrē ↔ pūrē quam-vīs pūra esset = quamquam pūra erat quamvīs (+*con*) = quamquam (+*ind*)	*ipsō tempore nūbendī, impūrē, quamvīs pūra esset,* *tamquam trīstis hostia concideret interfecta manū* *patris, ut fēlīx faustusque exitus Graecōrum classī* *darētur. Tantum malōrum potuit suādēre religiō!"*


I, 62-101

cum vīta humāna iacēret ante oculōs *omnium*	Hūmāna ante oculōs foedē cum vīta iacēret
religiōne	in terrīs oppressa gravī sub rēligiōne,
ā caelī regiōnibus : ā caelō	quae caput ā caelī regiōnibus ostendēbat
īnstāns super mortālibus horribilī aspectū īnstāre : minārī	horribilī super aspectū mortālibus īnstāns,
Grāius homō ausus est oculōs mortālēs tollere contrā *religiōnem*	prīmum Grāius homō mortālēs tollere contrā
ob-sistere contrā *religiōnem* : re-sistere religiōnī	est oculōs ausus prīmusque obsistere contrā;
deum : de*ōrum* minitārī = saepe minārī	quem neque fāma deum nec fulmina nec minitantī
nec caelum minitantī murmure (: tonitrū) compressit (: terruit)	murmure compressit caelum, sed eō magis ācrem
irrītāt : irrītā*vit* irrītāre = incitāre, īnstīgāre ācrem virtūtem animī artus -a -um = angustus	irrītāt animī virtūtem, effringere ut arta
ut cupīret (: cuperet) arta claustra portārum nātūrae effringere : ut cuperet ostendere hominibus sēcrēta nātūrae	nātūrae prīmus portārum claustra cupīret.
vīvidus -a -um = vīvus	Ergō vīvida vīs animī pervīcit et extrā
prōcessit longē extrā flammantia moenia mundī | flammāre = ārdēre, flammās ēmittere	prōcessit longē flammantia moenia mundī
omne immēnsum : mundum ūniversum |per-agrāre = per-errāre	atque omne immēnsum peragrāvit mente animōque,
refert = rettulit quid *vērō* nequeat *orīrī*	unde refert nōbīs victor quid possit orīrī,
quānam ratiōne cuique *reī* sit fīnīta potestās atque *ubi sit cuique reī* terminus (: fīnis extrā quem rēs prōcēdere nequit) altē haerēns (: quī movērī nōn potest) | fīnītus -a -um = intrā fīnēs certōs inclūsus	quid nequeat, fīnīta potestās dēnique cuique
	quānam sit ratiōne atque altē terminus haerēns.

Quārē rēligiō pedibus subiecta vicissim
obteritur; nōs exaequat victōria caelō.
Illud in hīs rēbus vereor, nē forte reāris
impia tē ratiōnis inīre elementa viamque
indugredī sceleris. Quod contrā saepius illa
rēligiō peperit scelerōsa atque impia facta:

quārē : quam ob rem | subiecta pedibus (nostrīs) : posita sub pedibus, pervicta | vicissim *adv* = contrā : nōs anteā subiectī erāmus religiōnī, nunc religiō nōbīs subiecta est
ob-terere = pedibus premere
exaequat caelō : tollit ad caelum
nē reāris tē inīre impia elementa ratiōnis, et indugredī (= ingredī) *in* viam sceleris (: viam quae ad scelus dūcit)
elementum -ī *n* = pars minima reī
elementa ratiōnis : prīncipia reī discendae
quod contrā : immō, contrā vērō

peperit scelerōsa atque impia facta : effēcit rēs scelerōsās atque impiās



Aulide quō pactō Triviāī virginis āram
Īphianassāī turpārunt sanguine foedē
ductōrēs Danaum dēlectī, prīma virōrum.
Cui simul īnfula virgineōs circumdata cōmptūs
ex utrāque parī mālārum parte profūsast,
et maestum simul ante ārās adstāre parentem
sēnsit et hunc propter ferrum cēlāre ministrōs
aspectūque suō lacrimās effundere cīvēs,
mūta metū terram genibus summissa petēbat.

Aulide quō pactō : sīcut factum est in Aulide, ubi...
ductōrēs Danaum sanguine Īphianassae foedē turpāvērunt āram Triviae virginis
Trivia -ae *f* = Diāna | -āī = -ae
turpāre = turpem facere | turpā*vē*runt
prīma virōrum : prīncipēs
cui : Īphianassae | simul *atque*
circumdata virgineōs cōmptūs : posita circum comam virgineam
cōmptus -ūs *m* : crīnēs, coma
parī parte ex utrāque mālārum : nec longius nec brevius in sinistrā quam in dextrā mālā | māla -ae *f* = gena | profūsast = profūsa est

et simul *atque* Īphianassa sēnsit maestum parentem (: Agamemnonem) ante ārās adstāre, et ministrōs propter hunc (: apud eum) cēlāre ferrum (: cultrum), cīvēsque aspectū suō (: cum Īphianassam vīdērunt) effundere lacrimās | aspectus -ūs *m*

terram genibus summissa (: dēmissa) petēbat : dēmittēbat genua ad terram

quod dōnāverat : sē dōnāvisse
prīnceps patriō nōmine dōnāverat rēgem : prīma Īphianassa rēgem Agamemnonem nōmine patris
virum = virōrum
tremebundus -a -um = tremēns
dēductast = dēducta est
nōn ut… posset… sed ut… concideret
Hymenaeus -ī *m* = deus mātrimōniī
clārō comitārī Hymenaeō = in mātrimōnium dūcī
incestē ↔ castē | nūbendī tempore in ipsō : illō tempore ipsō vītae quō puellae nūbere solent virīs
sīcut hostia maesta, mactātū parentis concideret (: necārētur)
mactātus -ūs *m* = sacrificium
ut exitus fēlīx faustusque classī darētur : ut darentur classī ventī secundī, quibus ex Aulide proficīscerētur
religiō suādēre potuit hominibus tantum malōrum (: ut tanta mala facerent)

Nec miserae prōdesse in tālī tempore quībat,
quod patriō prīnceps dōnārat nōmine rēgem.
Nam sublāta virum manibus tremebundaque ad ārās
dēductast, nōn ut, sollemnī mōre sacrōrum
perfectō, posset clārō comitārī Hymenaeō,
sed casta incestē, nūbendī tempore in ipsō,
hostia concideret mactātū maesta parentis,
exitus ut classī fēlīx faustusque darētur.
Tantum rēligiō potuit suādēre malōrum.



Difficile Latīnīs verbīs illūstrāre obscūra Graecōrum reperta

Cōnfitētur poēta quam difficile sit Graecōrum philosophiam Latīnē explānāre, hīs ferē verbīs: "Neque mē fugit nōn facile esse illūstrāre Latīnīs carminibus ea quae Graecī invēnērunt, quae sunt parum clāra (praesertim quia oportet tractāre multās rēs novīs vocābulīs), propter egestātem Latīnī sermōnis, et novitātem rērum tractandārum; vērum tamen praeclāra tua virtūs animī, et gaudium, quod spērō, fruendī tuā iūcundā amīcitiā, persuādent mihi, ut quemvīs labōrem feram, et impellunt mē ut vigilem noctēs serēnās, quaerēns quibus verbīs, et quibus versibus tandem possim afferre animō tuō lūcem clāram, quā possīs mente animōque rēs occultās penetrāre.

philosophia -ae *f*
mē fugit = nōn intellegō, ignōrō
praesertim *adv* = praecipuē, māximē
egestās -ātis *f* (< egēre) ↔ cōpia
quī- quae- quod-vīs = quī-libet
im-pellere
per noctēs serēnās

I. 136-148

Nec mē animī fallit Grāiōrum obscūra reperta
difficile inlūstrāre Latīnīs versibus esse,
multa novīs verbīs praesertim cum sit agendum
propter egestātem linguae et rērum novitātem;
sed tua mē virtūs tamen et spērāta voluptās
suāvis amīcitiae quemvīs efferre labōrem
suādet et indūcit noctēs vigilāre serēnās
quaerentem dictīs quibus et quō carmine dēmum
clāra tuae possim praepandere lūmina mentī,
rēs quibus occultās penitus convīsere possīs.
Hunc igitur terrōrem animī tenebrāsque necessest
nōn radiī sōlis neque lūcida tēla diēī
discutiant, sed nātūrae speciēs ratiōque.

nec mē animī fallit (: nec ignōrō) difficile esse Grāiōrum (= Graecōrum) obscūra reperta (: rēs obscūrās ā Grāiīs inventās) illūstrāre | animī (*loc*) : in animō

praesertim cum multa (: dē multīs rēbus) novīs verbīs sit agendum (: multa sint explicanda)

tua : Memmiī
mē… efferre… suādet : mihi suādet ut ef-feram (: patiar, tolerem)

mē indūcit vigilāre noctēs serēnās
in-dūcere (+ *acc* + *īnf*) = persuādēre
quibus dictīs et quō carmine possim clāra lūmina praepandere mentī tuae

prae-pandere


quibus *clārīs lūminibus*
rēs occultās
con-vīsere : īnspicere
hunc terrōrem tenebrāsque animī : hās sententiās falsās
necesse est *ut*… discutiant
lūcida tēla : lūmina
lūcidus -a -um (< lūx) = lūcēns
dis-cutere = expellere
nātūrae speciēs ratiōque : studium nātūrae secundum ratiōnem cultum




Mūsārum melle versūs contingere

"Neque mē fugit" – ait iterum Lucrētius – "quam obscūrae sint rēs istae; sed spēs magna glōriae tetigit pectus meum quasi ācrī thyrsō; et simul iniēcit animō meō dulcem Mūsārum amōrem, quō iam īnstīgātus, fortī animō loca Pīeridum āvia et nūllīus vestīgiīs ante mē calcāta pererrō; placet adīre integrōs fontēs, et ex iīs aquās haurīre; placet carpere novōs flōrēs,


fōns





et quaerere capitī meō clāram corōnam ex iīs locīs, ex quibus Mūsae nēminī anteā operuerint tempora: ante omnia, quia doceō rēs magnās, et pergō līberāre artīs nōdīs religiōnis mentēs hūmānās; dein, quia scrībō versūs tam clārōs dē rēbus tam obscūrīs, aspergēns omnia venustāte Mūsārum: hoc enim ipsum nōn est aliēnum ā ratiōne. Sed, sīcut medentēs, cum cōnantur praebēre īnfantibus amāra absinthia, aspergunt

Mūsae -ārum *f* = deae novem quae carminibus aliīsque artibus praesunt



contingere = aspergere

thyrsus

mē fugit = nōn intellegō

thyrsus -ī *m* = Bacchī virga, quā tāctī hominēs excitantur ūsque ad furōrem

Pīeridēs -um *f* = Mūsae
āvius -a -um = ubi nōn sunt viae
calcāre = premere pedibus
per-errāre : p. loca = errāre per loca
integrōs : pūrōs
fōns fontis *m* = aqua quae ērumpit ē terrā

corōna -ae *f*

nēmō : *dat* nēminī

tempora -um *n pl*
artus -a -um ↔ solūtus (< solvere -visse -lūtum)
nōdus -ī *m*



venustās -ātis *f* < venustus

medērī = sānāre; medentēs : medicī

absinthium -iī *n* = pōtiō amāra quā antīquī aegrōs sānābant




liquor -ōris *m* = māteria quae fluere potest, ut aqua, lac, vīnum, cēt.
flāvus -a -um = colōre mellis
in-cautus -a -um ↔ cautus
lūdificāre = fallere
labium -iī *n* = labrum
per-pōtāre = omnīnō pōtāre
damnum -ī *n* = iactūra

tractāre (rem) = agere (dē rē)

attigērunt : discere coepērunt
doctrīna -ae *f* = quod docētur
suāvis -e = dulcis, quī delectat

per-spicere = dīligenter aspicere

anteā pōcula circā ōrās suāvī et flāvō liquōre mellis, ut aetās puerōrum, incauta, lūdificētur labiīs, et intereā perpōtet amārum liquōrem absinthiī, et sīc lūdificāta, tamen nūllum damnum patiātur, sed potius tālī ratiōne sānāta convalēscat; similiter ego, quia haec māteria, quam tractō, interdum vidētur molestior iīs hominibus, quī nōndum eam attigērunt, et quia vulgus hominum ab eā refūgit, voluī explanāre tibi nostram doctrīnam suāvibus Pīeridum versibus, eamque aspergere quasi suāvī melle Mūsārum; ut temptārem sī forte possem tālī ratiōne tuam mentem meīs versibus retinēre, dum perspicis ūniversam nātūram rērum, et cernis quā formā sit ōrnāta."



cognōsce et clārius audī quod superest (: reliqua)
nec mē animī fallit (: nec ignōrō)
quam sint obscūra *ea quae explānāre volō*
animī (*loc*) : in animō
sed spēs magna laudis…

incutere -io -ussisse -ussum = inicere

quō *amōre*
vigēre = vigōre fruī

āvia loca
per-agrāre = per-errāre
loca ante hoc tempus nūllīus solō trīta | terere trīvisse trītum = ob-terere | solum -ī *n* = pars īma pedis
ad integrōs fontēs
dē-cerpere -cerpsisse -cerptum = carpere

I, 921-950

Nunc age, quod superest, cognōsce et clārius audī.
Nec mē animī fallit quam sint obscūra; sed ācrī
percussit thyrsō laudis spēs magna meum cor,
et simul incussit suāvem mī in pectus amōrem
Mūsārum, quō nunc īnstīnctus, mente vigentī,
āvia Pīeridum peragrō loca nūllius ante
trīta solō. Iuvat integrōs accēdere fontēs
atque haurīre, iuvatque novōs dēcerpere flōrēs,

īnsignemque meō capitī petere inde corōnam,
unde prius nūllī vēlārint tempora Mūsae;
prīmum quod magnīs doceō dē rēbus et artīs
rēligiōnum animum nōdīs exsolvere pergō,
deinde quod obscūrā dē rē tam lūcida pangō
carmina mūsaeō contingēns cūncta lepōre.
Id quoque enim nōn ab nūllā ratiōne vidētur;
sed velutī puerīs absinthia taetra medentēs
cum dare cōnantur, prius ōrās pōcula circum
contingunt mellis dulcī flāvōque liquōre,
ut puerōrum aetās imprōvida lūdificētur
labrōrum tenus, intereā perpōtet amārum
absinthī laticem dēceptaque nōn capiātur,
sed potius tālī factō recreāta valēscat,
sīc ego nunc (quoniam haec ratiō plērumque vidētur
trīstior esse quibus nōn est tractāta, retrōque
vulgus abhorret ab hāc) voluī tibi suāviloquentī
carmine Pīeriō ratiōnem expōnere nostram
et quasi mūsaeō dulcī contingere melle,
sī tibi forte animum tālī ratiōne tenēre
versibus in nostrīs possem, dum perspicis omnem
nātūram rērum, quā cōnstet cōmpta figūrā.

inde petere īnsignem corōnam meō capitī (: quam in capite meō pōnam) | īnsignis -e = cōnspicuus
inde... unde prius Mūsae nūllī (: numquam ūllīus hominis) vēlā*ve*rint tempora
prīmum... deindē
pergō animum ex-solvere artīs nōdīs religiōnum
tam lūcida carmina
pangere = compōnere
mūsaeus -a -um < Mūsae (: Mūsārum) mūsaeō lepōre
lepos -ōris *m* = venustās
id nōn ab nūllā ratiōne vidētur : id faciō nōn sine ratiōne
velutī = velut
velutī cum medentēs cōnantur puerīs dare absinthia taetra
taeter -tra -trum = foedus, amārus
ōrās pōcula circum = ōrās circum pōcula
mellis dulcī flāvōque liquōre : melle dulcī et flāvō
puerōrum aetās : puerī
imprōvidus -a -um = imprūdēns
labrōrum tenus = ūsque ad labra (*gen* + tenus = ūsque ad + *acc*)
per-pōtāre
latex -icis *m* = liquor
dēceptaque nōn capiātur : et, quamquam dēcepta, nōn afficiātur damnō | dē-cipere = fallere
re-creāta : sānāta
valēscere = convalēscere
trīstior : difficilior | *iīs ā* quibus nōn est tractāta : quī eī nōn studuērunt| retrō *adv* = eō unde vēnerat | retrō abhorret ab hāc = horrēns, retrō fugit ab hāc
suāviloquēns < suāvis + loquī
Pīerius -a -um (< Pīeridēs) = Mūsārum, mūsaeus
sī... possem : spērāns mē posse
per-spicere = plānē vidēre
perspicis omnem nātūram rērum et discis quā figūrā cōmpta sit
cōmere -psī -ptum = ōrdināre
figūra -ae *f* = fōrma



LIBER II

Dē sapientis tranquillitāte

Dulce est intuērī ex terrā magnum labōrem alterīus hominis, quī vexātur in vāstō aequore, ventīs turbantibus undās maris, nōn quod laetum sit gaudium quemquam vexārī; sed quia dulce est spectāre mala, quibus ipse careās. Dulce est quoque prōspicere magna bellī certāmina, quae īnstitūta sint in patentibus campīs, sine ūllō perīculō tuō. Vērum nihil est suāvius, quam occupāre ēditās arcēs et tūtās, et optimē mūnītās doctrīnā sapientium; ex quibus aedibus queās deorsum aspicere, et cernere aliōs hominēs vagārī hūc illūc; et vagantēs quaerere viam vītae; contendere dē vī ingeniī; certāre dē dignitāte generis; cōnārī diēs ac noctēs pervenīre summō labōre ad māximās dīvitiās, et rērum potīrī. Ō miserās hominum mentēs! Ō pectora caeca! Quantīs in tenebrīs vītae, et in quam magnīs perīculīs haec aetās nostra vīvitur, quaecumque est! Nōnne licet cernere nātūram nihil aliud sibi poscere, quam ut dolor removeātur et longē sit ā corpore; et animus, vacuus cūrīs et timōre, fruātur suāvī sēnsū?

vexāre = malō afficere

suāvis -e = dulcis, iūcundus

ēditus -a -um = altus

quīre -eō -ivisse = posse

contendere = certāre

rērum potīrī : summam potestātem capere

vacuus *ā* cūrīs et timōre

sēnsus -ūs *m* < sentīre

Ergō vidēmus paucās rēs necessāriās esse ad corpoream nātūram, ut dētrahant hominī quemcumque dolōrem; et ut queant subicere eī plūrēs voluptātēs. Neque enim ipsa corporis nātūra poscit interdum id quod est iūcundius. Nam etiamsī aureae statuae puerōrum dēsint in domibus, quae teneant dextrīs manibus accēnsās lampadās, ut lūx suppeditētur convīviīs nocturnīs; atque etiamsī domus nōn fulgeat micāns aurō et argentō; et etiamsī templa laqueāribus aureīs ōrnāta nōn resonent citharīs; hominēs tamen, prōstrātī simul in mollī grāmine, iuxtā rīvum aquae, sub rāmīs altae arboris, cūrant iūcundē corpora sine magnīs dīvitiīs; praesertim, cum tempestās arrīdet, et annī tempus cōnspergit flōribus grāmina viridia. Neque febrēs ārdentēs recēdunt celerius ē corpore tuō, sī cubāns iactēris in pictūrīs textilibus et in purpurā rubrā, quam sī tibi recubandum esset in pauperibus vestibus. Quam ob rem, cum neque opēs, neque nōbilitās, neque dignitās imperiī prōsint corporī nostrō, exīstimandum est nē id quidem omne, quod restat, quidquam prōficere ad animum nostrum; "nisi fortasse" –Lucrētius Memmiō ait – "cum cernis tuās legiōnēs ārdēre per campōs simulantēs pugnās, magnīs auxiliīs et equōrum vīribus cōnstabilītās, et īnstrūctās armīs atque animātās; tunc religiōnēs (timidae, quasi hīs rēbus bellicīs perterritae) et ipsī timōrēs mortis nōn sōlum dēcēdunt ex animō tuō, sed etiam relinquunt pectus tuum vacuum et līberum cūrīs. Sī vērō cernimus haec esse digna rīsū, et stulta; sī rē vērā timōrēs hominum, et cūrae, quae eōs comitantur, neque timent strepitūs armōrum, neque

corporeus -a -um (< corpus) : quī pertinet ad corpus


lampas -adis (*acc pl Gr* -as) *f* = fax

suppeditāre = offerre (rem ūtilem)



laquear -āris *n*

cithara -ae *f*



prō-strātus -a -um (< prōsternere) = iacēns | grāmen -inis *n* = herba

ad-rīdēre

cōn-spergere = aspergere

viridis -e = herbae colōre

febris -is *f* = nimius calor corporis

pictūra -ae *f* = imāgō picta

textilis -e = factus ex fīlīs

re-cubāre

prō-ficere = iuvāre, prōdesse

cōnstabilīre -īvisse -ītum = fīrmāre

rē īnstruī = rem habēre

animātus -a -um = animō parātus

rē vērā = vērō, profectō

crūdēlia tēla, sed manent audācter inter rēgēs et rērum dominōs, neque metuunt fulgēns aurum, neque clārum splendōrem vestīmentī purpureī, cūr dubitās, quīn haec omnia sint in potestāte ratiōnis, praesertim quoniam tōta vīta hominum labōriōsē dēgitur in tenebrīs ignōrantiae? Etenim sīcut īnfantēs metū trepidant, atque timent omnia in tenebrīs obscūrīs, ita nōs nōnnumquam in lūce metuimus ea, quae nōn sunt magis timenda, quam quae īnfantēs timent in tenebrīs, et quae sibi animō fingunt ēventūra. Ergō oportet ut, nōn quidem splendor sōlis, aut clārī lūcis radiī, sed imāgō nātūrae et lūmen mentis fugent hunc metum, atque hās animī nostrī tenebrās."

audācter < audāx

splendor -ōris *m* < splendēre
purpureus -a -um < purpura
cūr dubitās quin…? (+ *con*) = cūr nōn crēdis…?

labōriōsus -a -um = magnī labōris
dēgere (< dē + agere) : vītam/ aevum dēgere = vīvere
ignōrantia -ae *f* < ignōrāre

fingere fīnxisse fictum = arte efficere, excōgitāre (rem falsam)

oportet ut fugent

II, 1-61

Suāve, marī magnō turbantibus aequora ventīs,
ē terrā magnum alterius spectāre labōrem;
nōn quia vexārī quemquamst iūcunda voluptās,
sed quibus ipse malīs careās quia cernere suāvest.
Suāve etiam bellī certāmina magna tuērī
per campōs īnstrūcta tuā sine parte periclī.
Sed nīl dulcius est, bene quam mūnīta tenēre
ēdita doctrīnā sapientum templa serēna,
dēspicere unde queās aliōs passimque vidēre
errāre atque viam pālantēs quaerere vītae,

Suāve est *in* marī magnō turbantibus aequora ventīs (: cum ventī turbant aequor) spectāre, ē terrā, magnum labōrem alterīus *hominis*

nōn quia voluptās est quemquam vexārī, sed quia suāve est cernere quibus malīs *tū* ipse careās
quemquamst = quemquam est
suāvest = suāve est

suāve etiam est

tuā sine parte perīc*u*lī : dum tū nūllam partem perīc*u*lī habēs

nīl (: nihil) dulcius quam

ēdita templa serēna, bene mūnīta doctrīnā sapient*i*um

unde queās dēspicere *et* vidēre aliōs passim errāre atque quaerere viam vītae

pālārī = errāre, vagārī

certāre ingeniō, contendere nōbilitāte,
noctēs atque diēs nītī praestante labōre
ad summās ēmergere opēs rērumque potīrī.
Ō miserās hominum mentēs, ō pectora caeca!
Quālibus in tenebrīs vītae quantīsque perīclīs
dēgitur hoc aevī quodcumquest! Nōnne vidēre
nīl aliud sibi nātūram lātrāre, nisi utquī
corpore sēiūnctus dolor absit, mēnsque fruātur
iūcundō sēnsū, cūrā sēmōta metūque?
Ergō corpoream ad nātūram pauca vidēmus
esse opus omnīnō: quae dēmant cumque dolōrem,
dēliciās quoque utī multās substernere possint;
grātius interdum neque nātūra ipsa requīrit,
sī nōn aurea sunt iuvenum simulācra per aedēs,
lampadas igniferās manibus retinentia dextrīs,
lūmina nocturnīs epulīs ut suppeditentur,
nec domus argentō fulget aurōque renīdet
nec citharae reboant laqueāta aurātaque templa,
cum tamen inter sē prōstrātī in grāmine mollī
propter aquae rīvum sub rāmīs arboris altae
nōn magnīs opibus iūcundē corpora cūrant,
praesertim cum tempestās arrīdet et annī

nītī nīsum = labōrāre (: cōnārī)
praestante : summō

ē-mergere = surgere

dēgitur hoc aevī quodcumque est! : haec aetās nostra vīvitur, quamquam tam brevis est!
nōnne *licet* vidēre
lātrāre : postulāre
utquī : ut
sē-iungere ↔ iungere
mēns, sēmōta (: līberāta) cūrā metūque, fruātur iūcundō sēnsū

pauca opus esse : paucīs rēbus opus esse (rēs opus est = aliquā rē opus est)

quaecumque dēmant

utī (= ut) possint
sub-sternere = praebēre

neque nātūra ipsa requīrit *quidquam* grātius (: iūcundius)

aurea simulācra iuvenum lampadās retinentia

igni-fer -fera -ferum = quī ignem fert

ut suppeditentur lūmina

re-nīdēre = fulgēre

reboāre : facere ut (locus) resonet
laqueātus -a -um : tēctum l. = laquear
templa : aedēs, domūs magnificae

propter : iuxtā

cum… cūrant corpora

ar-rīdēre < ad-rīdēre (: favēre)
annī tempora

tempora cōnspergunt viridantēs flōribus herbās.
Nec calidae citius dēcēdunt corpore febrēs,
textilibus sī in pictūrīs ostrōque rubentī
iactēris, quam sī in plēbēiā veste cubandum est.
Quāpropter quoniam nīl nostrō in corpore gāzae
prōficiunt neque nōbilitās nec glōria rēgnī,
quod superest, animō quoque nīl prōdesse putandum;
sī nōn forte, tuās legiōnēs per loca campī
fervere cum videās bellī simulācra cientēs,
subsidiīs magnīs et equum vī cōnstabilītās,
ōrnātās armīs pariter pariterque animātās,
hīs tibi tum rēbus timefactae rēligiōnēs
effugiunt animō pavidae, mortisque timōrēs
tum vacuum pectus linquunt cūrāque solūtum.
Quod sī rīdicula haec lūdibriaque esse vidēmus,
rē vērāque metūs hominum cūraeque sequācēs
nec metuunt sonitūs armōrum nec fera tēla
audācterque inter rēgēs rērumque potentēs
versantur neque fulgōrem reverentur ab aurō
nec clārum vestis splendōrem purpureāī,
quid dubitās quīn omnis sit haec ratiōnis potestās,

viridāns -antis = viridī colōre

calidae febrēs
dēcēdunt dē *corpore*
sī in textilibus pictūrīs (: in vestibus pictīs)
ostrum -ī *n* = purpura (: vestis purpurae colōre)
plēbeius -a -um < plēbs
gāza -ae *f* = thēsaurus, dīvitiae

putandum est *etiam id omne* quod superest (: etiam cētera : gāzās, glōriam...) *nōn sōlum corporī, sed* animō quoque ni*hi*l prōdesse
sī nōn (40)... religiōnēs effugiunt (45) | sī nōn : nisi
loca campī : campōs
cum videās legiōnēs tuās fervere (: movērī hūc et illūc), cientēs simulācra bellī (: pugnās simulātās)
ciēre cīvisse citum = movēre
subsidia -ōrum *n pl* = mīlitēs quī auxiliō veniunt | equ*ō*rum

timefactus -a -um (< timēre + facere) = territus
religiōnēs : timōrēs vānī deōrum

effugiunt *ex* animō

quod sī = sī vērō
haec : legiōnibus posse timōrēs fugārī
lūdibrium ī *n* = id quod ēlūditur
atque sī rē vērā...
sequāx -ācis (< sequī) = quī semper sequitur
sonitus -ūs *m* = sonus

rērum potentēs : rērum dominōs

fulgor -ōris *m* (< fulgēre) : lūmen *quī ēditur* ab aurō
re-verērī

-āī = -ae

omnis haec potestās sit ratiōnis : ratiō haec omnia facere possit

praesertim cum omnis vīta

velutī = velut
in tenebrīs caecīs (: ātrīs)
timēmus ea quae nī*h*ilō magis metuenda sunt quam *ea* quae puerī…

pavitāre (< pavēre) = multum timēre
fingunt futūra *esse*
hunc terrōrem tenebrāsque animī : hās sententiās falsās
necesse est *ut*… discutiant
radius -ī *m* (*v. pāg.* 10)
lūcida tēla : lūmina
lūcidus -a -um (< lūx) = lūcēns
dis-cutere = expellere
nātūrae speciēs ratiōque : studium nātūrae secundum ratiōnem cultum

omnis cum in tenebrīs praesertim vīta labōret?
Nam velutī puerī trepidant atque omnia caecīs
in tenebrīs metuunt, sīc nōs in lūce timēmus,
interdum, nīlō quae sunt metuenda magis quam
quae puerī in tenebrīs pavitant finguntque futūra.
Hunc igitur terrōrem animī tenebrāsque necessest
nōn radiī sōlis neque lūcida tēla diēī
discutiant, sed nātūrae speciēs ratiōque.



Cūr corpora stāre videantur, cum atomī sint in mōtū

Illud nōn est mīrum, cūr scīlicet, cum omnia prīmōrdia rērum sint in mōtū, summa tamen rērum in summā quiēte manēre videātur; nisi forte quid tōtō suō corpore moveātur. Nam ūniversa nātūra prīncipiōrum ipsa procul remōta est ā sēnsibus nostrīs. Quam ob rem, cum nusquam illa prīncipia cernī possint, mōtūs quoque eōrum dēbent sēsē surripere oculīs nostrīs. Praecipuē quoniam etiam ea, quae possīmus vidēre, nōnnumquam tamen occultant nōbīs suōs mōtūs, quia longē dīducta sunt locōrum intervāllō. Nam saepe ovēs, carpentēs grātās herbās in colle, ad eum locum reptant, ad quem herbae novō rōre gemmantēs invītant et vocant quamcumque illārum; et ipsī agnī, satiātī, valdē dēlectantur et blandē lūdunt cornibus. Quae tamen omnia nōbīs videntur procul cōnfūsa; et vidētur quasi candor stāre sine mōtū in viridī colle. Praetereā, cum magnae legiōnēs replent cōncursū suō amplōs campōs, exhibentēs imāginem pugnae, ibi splendor armōrum sē tollit ad caelum, et omnis terra circum lūcet fulgōre armōrum, et strepitus

prīmōrdia rērum = partēs minimae et prīncipia rērum (: atomī)
summa -ae *f* ↔ pars
quid : aliquid

prīncipiōrum : atomōrum
sēnsus -ūs *m* < sentire

dī-dūcere = removēre

reptāre = quattuor pedibus prōgredī
rōs rōris *m* = aqua quae māne in herbā et foliīs appāret
gemmāns -antis (< gemma) = fulgēns
satiāre (+*acc*) = satis dare (alicui); satiātī (cibō) = quī satis cibī habuērunt

candor -ōris *m* = color candidus
viridis -e = habēns colōrem herbae et foliōrum

splendor -ōris *m* < splendēre

fulgor -ōris *m* < fulgēre

excitātur sub pedibus impetū virōrum, et collēs, percussī clāmōre, vōcēs ad stēllās caelī remittunt: et cum equitēs circumeunt, et subitō trānseunt mediōs campōs, concutientēs eōs vehementī pulsū pedum equōrum, est tamen aliquis locus in altīs montibus, ex quō fulgor ille vidētur cōnsistere, et quasi immōtus in campīs illīs manēre.

pulsus -ūs *m* < pulsāre

im-mōtus -a -um = quī nōn movētur, nōn mōtus

II.308-332

Illud in hīs rēbus nōn est mīrābile, quā rē,
omnia cum rērum prīmōrdia sint in mōtū,
summa tamen summā videātur stāre quiēte,
praeterquam sī quid propriō dat corpore mōtūs.
Omnis enim longē nostrīs ab sēnsibus īnfrā
prīmōrum nātūra iacet; quāpropter, ubi ipsa
cernere iam nequeās, mōtūs quoque surpere dēbent;
praesertim cum quae possīmus cernere cēlent
saepe tamen mōtūs, spatiō dīducta locōrum.
Nam saepe in collī tondentēs pābula laeta
lānigerae reptant pecudēs, quō quamque vocantēs
invītant herbae gemmantēs rōre recentī,
et satiātī agnī lūdunt blandēque coruscant;

omnia cum : cum omnia

summa tamen omnium (: cuncta simul) in summā quiēte videātur stāre

sī quid = sī aliquid
dat mōtūs : movētur
omnis... nātūra prīmōrum (: prīmōrdiōrum) | nostrīs ab sēnsibus īnfrā iacet : īnfrā sēnsūs nostrōs iacet; cernī nōn potest
ubi nequeās : cum nequeās
ipsa : prīmōrdia rērum

sē surripere *oculīs nostrīs* (: nōn cernī)
Praesertim cum saepe etiam ea quae possīmus cernere, cēlent tamen mōtūs suōs sī dīducta sunt spatiō locōrum (: sī procul sunt)

in collī = in colle
tondentēs : carpentēs | tondēre = (barbam/herbam) secāre, caedere
lāniger -a -um < lāna + gerere; l. pecudēs = ovēs
reptant (: gradiuntur) quō (: ad eum locum ad quem) herbae vocantēs invītant (: vocant et invītant) quamque *ovem*

coruscāre = inter sē cornibus pugnāre

omnia quae nōbīs longē cōnfūsa videntur
et velut in viridī candor cōnsistere collī.
Praetereā magnae legiōnēs cum loca cursū
campōrum complent bellī simulācra cientēs,
fulgor ubi ad caelum sē tollit, tōtaque circum
aere renīdēscit tellūs, subterque virum vī
excītur pedibus sonitus, clāmōreque montēs
ictī rēiectant vōcēs ad sīdera mundī
et circumvolitant equitēs mediōsque repente
trāmittunt validō quatientēs impete campōs –
et tamen est quīdam locus altīs montibus unde
stāre videntur et in campīs cōnsistere fulgor.

omnia quae : quae omnia
longē : ē locō longinquō

candor *videtur* velut (: quasi) cōnsistere in viridī collī (< colle)

loca campōrum : campōs

ciēre = movēre, excitāre, agere

ubi (: cum) fulgor | tōtaque tellūs
aere : armīs (ex aere factīs)
renīdēscere = fulgēre
subterque (= et sub) pedibus vir*ōrum*
subter (+ *acc* / *abl*) = sub
ex-ciēre = excitāre, ēdere
sonitus -ūs *m* = sonus


ictī : percussī
rē-iectāre < iactāre
mundī : caelī

circum-volitāre; circumvolit
equitēs : e. currunt hūc et illī

trā*ns*-mittunt (: trānseunt) mediōs campōs, quatientēs campōs *ipsōs* validō impete (: impetū)

in altīs montibus

fulgor *vidētur* cōnsistere



Dē mātre quae vitulum āmissum quaerit

"*Nunc age – inquit Lucrētius – iam posthāc percipe quālia sint exōrdia rērum singulārum, et quam māximē distent fōrmīs, et quam sint variāta figūrīs : nōn quod multa sint praedita parum similī fōrmā, sed quia cūncta nōn sint vulgō similia cūnctīs. Nec mīrum est: nam, cum multitūdō illōrum sit tanta, ut neque fīnis, neque numerus ūllus sit, ut anteā dēmōnstrāvī, cūncta scīlicet nōn dēbent esse prōrsus similī figūrā cum omnibus, et praedita parī fōrmā. Praetereā hominum genus et piscēs sunt et laetī gregēs, et bēluae ferōcēs, et variae avēs, quae frequentēs conveniunt in grāta loca circum fontēs et circum lacūs, et quae pervolitantēs āviās silvās replent; accipe quodlibet istōrum etiam secundum suās speciēs: reperiēs tamen differre fōrmīs inter sē. Neque aliō modō prōlēs posset agnōscere mātrem, nec māter prōlem; quod quidem cernimus bēstiās posse facere, nec minus quam hominēs vidēmus haec animālia inter sē esse nōta. Nam saepe*


vitulus -ī *m* = pullus taurī


per-cipere = cernere, intellegere
exōrdia rērum = prīmōrdia rērum
di-stāre = dissimilis esse
variātus -a -um = dīversus, dispār
figūra -ae *f* = fōrma
praeditus -a -um + *abl* : rē p. = rem habēns
vulgō *adv* = plērumque

prōrsus = omnīnō

varius : variīs colōribus
fōns fontis *m* = aqua quae ērumpit ē terrā (*v. pāg.* 29)
per-volitāre
ā-vius -a -um = sine viā, difficilis trānsitū/aditū

dif-ferre = dissimilis esse







vitulus mactātus ante pulchra dēlūbra deōrum cadit iūxtā ārās tūre fūmantēs, ēdēns dē pectore calidum fluvium sanguinis: māter ipsa vērō, orbāta prōle, pererrāns viridēs silvās, sequitur vestīgia impressa in terrā, lūstrāns oculīs omnia loca, sī possit usquam perspicere prōlem, quam āmīsit; et, cōnsistēns, replet querēllīs frondiferam silvam; et identidem redit ad stabulum, vitulī āmissī dēsīderiō percussa. Nec salicēs tenerae, nec herbae rōre aspersae, nec ūllī fluviī summīs rīpīs dēcurrentēs, eius sēnsūs oblectāre, ac subitam cūram removēre possunt: neque aliae speciēs iuvencōrum per pāscua grāta mentem āvertere et cūrā līberāre possunt. Tantum dēsīderat aliquid sibi suum et sibi cognitum. Praetereā tenerī haedī trementibus vōcibus mātrēs suās cornigerās agnōscunt; et agnī agnōscunt pariter ovēs bālantēs: sīc currunt ad sua quisque ūbera, ut nātūra ab illīs reposcit.



mactāre = interficere, sacrificāre
tūs tūris *n* = māteria quae in ārīs incenditur ut odor ad deōs ascendat | fūmāre = fūmum ēdere
orbāta = orba facta
prōlēs -is *f* = stirps, fīlius/fīlia
sī possit : spērāns sē posse
frondi-fer -a -um = fronde ōrnātus
salix -icis *f*
rōs rōris *m* = aqua quae māne in herbā et foliīs appāret
sēnsus -ūs *m* < sentīre
oblectāre = dēlectāre
pāscua -ōrum *n pl* (< pāscere) = campī ubi pecus pāscitur
haedus -ī *m* = pullus caprae
corniger -a -um = quī cornua gerit
re-poscere = poscere

II.333-370

Nunc age, iam deinceps cūnctārum exōrdia rērum
quālia sint et quam longē distantia fōrmīs,
percipe, multigenīs quam sint variāta figūrīs;

percipe quālia sint exōrdia cūnctārum rērum et quam longē sint distantia *inter sē* (: quantum differant inter sē)
multigenīs figūrīs
multigenus -a -um = varius

quō : quod
parum multa (: pauca)
nōn cōnstant (: sunt) omnia paria (: similia) omnibus

nec mīrum *est*

utī = ut
summa -ae *f* = numerus certus

prōrsum = prōrsus

fīlum : fōrma
affecta : praedita

squāmiger

Praetereā *in rērum nātūrā sunt…*
mūtaeque natantēs pecudēs (: gregēs) squāmigerōrum : multitūdō piscium
squāmiger -era -erum = *squāmās* in corpore gerēns | squāma -ae *f*
quae concelebrant laetantia loca aquārum (: grāta loca ubi sunt aquae) et quae pervolitantēs pervulgant āvia nemora
con-celebrāre / pervulgāre (locum) = in locum frequentēs convenīre

per-volitāre


quidvīs generātim : cuiuslibet generis
sūmere perge : sūme (: īnspice)

inveniēs *omnia animālia* inter sē differre
ratiōne aliā (: nisi differrent animālia inter sē) nec prōlēs cognōscere mātrem posset, nec māter *posset cognōscere* prōlem

quod *fierī* posse vidēmus

nec minus atque (: quam) hominēs *cētera animālia* possunt inter sē nota cluēre (: esse)
saepe ante decōra dēlūbra deōrum vitulus mactātus concidit propter (: prope) tūricremās ārās
decōrus -a -um = decēns, pulcher
tūricremus -a -um = ubi tūs cremātur
exspīrāns : ēdēns, ēmittēns (per ōs) calidum flūmen sanguinis

nōn quō multa parum similī sint praedita fōrmā,
sed quia nōn vulgō paria omnibus omnia cōnstant.
nec mīrum; nam cum sit eōrum cōpia tanta,
ut neque fīnis, utī docuī, neque summa sit ūlla,
dēbent nīmīrum nōn omnibus omnia prōrsum
esse parī fīlō similīque affecta figūrā.



Praetereā genus hūmānum mūtaeque natantēs
squāmigerum pecudēs et laeta armenta feraeque
et variae volucrēs, laetantia quae loca aquārum
concelebrant circum rīpās fontēsque lacūsque,
et quae pervulgant nemora āvia pervolitantēs;
quōrum ūnum quidvīs generātim sūmere perge:
inveniēs tamen inter sē differre figūrīs.
Nec ratiōne aliā prōlēs cognōscere mātrem
nec māter posset prōlem; quod posse vidēmus
nec minus atque hominēs inter sē nōta cluēre.
Nam saepe ante deum vitulus dēlūbra decōra
tūricremās propter mactātus concidit ārās
sanguinis exspīrāns calidum dē pectore flūmen;

at māter viridēs saltūs orbāta peragrāns
nōvit humī pedibus vestīgia pressa bisulcīs,
omnia convīsēns oculīs loca, sī queat usquam
cōnspicere āmissum fētum, completque querēllīs
frōndiferum nemus adsistēns, et crēbra revīsit
ad stabulum dēsīderiō perfīxa iuvencī,
nec tenerae salicēs atque herbae rōre vigentēs
flūminaque ūlla queunt, summīs lābentia rīpīs,
oblectāre animum subitamque āvertere cūram,
nec vitulōrum aliae speciēs per pābula laeta
dērīvāre queunt animum cūrāque levāre;
ūsque adeō quiddam proprium nōtumque requīrit.
Praetereā tenerī tremulīs cum vōcibus haedī
cornigerās nōrunt mātrēs agnīque petulcī
bālantum pecudēs; ita, quod nātūra reposcit,
ad sua quisque ferē dēcurrunt ūbera lactis.

peragrāre = per-errāre

vestīgia pressa pedibus bisulcīs
bisulcus -a -um = in duās partēs dīvīsus
convīsēns : īnspiciēns
sī queat usquam : spērāns sē posse in aliquō locō

adsistere = in locō stāre; adsistēns : stāns
crebra : crebrō | revīsit : redit
perfīxa dēsīderiō iuvencī
per-figere : afficere
atque : nec
vigēre -guisse = vīvus ac validus esse

flūminaque : nec flūmina

per pābula laeta : in pābulīs laetīs

dē-rīvāre = avertere
levāre + *abl* = līberāre

tenerī haedī
tremulus -a -um = tremēns
nōrunt = nōv*ē*runt
agnī petulcī *nōvērunt* pecudēs (: gregēs) | petulcus -a -um = quī solet cornibus impetum facere
bālant*i*um (ovium)
quod : ut
quisque agnus dēcurrit ad sua ūbera lactis (: ad ūbera suae mātris, quae lac eī praebet)



Cybeles -is *f* : dea tellūris, vocāta "Magna Māter"

Dē terrā omnium rērum mātre

Tellūs continet in sē prīmōrdia illa, quibus fit ut fontēs, quī fluviōrum frīgidās aquās ēdunt, assiduē immēnsum mare renovent; continet prīmōrdia illa quoque, ex quibus ignēs nāscantur: nam in multīs regiōnibus solum terrae succenditur et ūritur; et impetus montis Aetnae saevit ex ignibus, quī in īmīs terrae visceribus ārdent. Terra porrō continet sēmina, ex quibus hūmānō generī nitentēs frūgēs, et arbusta laeta suppeditāre possit: ex quibus etiam mollēs frondēs et grāta pābula generī ferārum per montēs errantium praebēre queat. Quamobrem haec ūna appellāta est magna Māter deōrum, māterque bēstiārum, et parēns nostrī corporis. Antīquī poētae doctī Graecōrum cecinērunt eam, sedentem in currū, agitāre bīnōs leōnēs iūnctōs ad iūgum; docentēs magnam tellūrem suspēnsam esse in mediō āeris spatiō, neque terram posse in terrā positam esse. Adiūnxērunt ferōcēs beluās ad eius currum, quia omnis prōlēs, quamvīs effera, dēbet mollīrī victa beneficiīs parentum: et cīnxērunt sum-


prīmōrdia -ōrum *n pl* = atomī
fōns -ontis *m* = aqua quae ērumpit ē terrā (*v. pāg.* 29)
suc-cendere = accendere
porrō *adv* = praetereā
nitēre = splendēre
arbusta -ōrum *n pl* = locus arborum plēnus
suppeditāre = offerre (rem ūtilem)
quīre -eō -ivisse = posse
agitāre = agere
prōles -is *f* = stirps, fīliī / fīliae
efferus -a -um = ferōx, saevus
parentēs, *gen pl* parentum

mum eius caput mūrālī corōnā, quia tellūs sustinet urbēs, quibus corōnāta est in altiōribus locīs. Quā corōnā decorātum, dīvīnae Mātris simulācrum etiam nunc per magnās terrae regiōnēs portātur.

corōna -ae *f*
mūrālī... corōnā : corōna in fōrmam mūrōrum





corōna



corōna mūrālis

Populī variī, iūxtā veterem mōrem sacra faciendī, vocant eam 'Mātrem Īdaeam', et dant eī legiōnēs Phrygiās, quae eam comitentur, quia dīcunt prīmum segetēs in illīs regiōnibus exorīrī coepisse et inde in tōtum terrārum orbem sparsās esse. Addunt sacerdōtēs Gallōs, quia volunt significāre illōs hominēs, quī violāverint huius Mātris magnae nūmen et repertī sint ingrātī ergā suōs parentēs, exīstimandōs esse indignōs, quī ēdant in lūcem prōlem vīvam. Tympana extēnsa manibus pulsāta atque cymbala concava resonant circum illud Terrae simulācrum, et cornua animōs adstantium

Īdaeus -a -um < Īda, mōns Asiae prope Trōiam
Phrygius -a -um < Phrygia -ae *f*
seges -etis *f* = frūmentum metendum
Gallī -ōrum *n pl* : sacerdōtēs Mātris magnae, quī membra virīlia sibi secābant
in-grātus -a -um ↔ grātus
indignōs, quī ēdant prōlem = indignōs prōle ēdendā
tympanum -ī *n*
ex-tendere -disse -tēnsum
cymbalum -ī *n*
concavus -a -um = cavus


tympanum


cymbala


cornū

raucus -a -um; sonus r. = s. molestus
sonitus -ūs *m* (< sonāre) = sonus
tībia -ae *f* = tībiae

violentus -a -um = vehemēns, quī vī ūtitur, ferōx

stips stipis *f* = pecunia, quam aliquis largītur

ob-umbrāre = umbrā operīre

Cūrētes -um *m pl*
exsultāre = valdē gaudēre, ovantēs saltāre
numerus = cantus, certum sonōrum intervāllum
terrificus -a -um = terribilis
crista -ae *f*
Dictaeus -a -um < Dictē, mōns in Crētā ubi Iuppiter nātus esse dīcitur
trepidāre = trepidus esse | chorēa -ae *f* = caterva saltantium



māla -ae *f* (*v. pāg.* 25)

dis-pōnere = suō quidque locō pōnere | re-pellere

raucō sonitū terrent, eōsdemque tībia cava sonō Phrygiō agitat: et sacerdōtēs portant ante sē tēla, quae sunt signa violentī furōris, quō aguntur; quae praetereā animōs ingrātōs et scelerāta plēbis corda metū et nūmine huius deae terrēre possint. Ergō, simul atque, portāta per magnās urbēs, mūta dōnat hominibus tacitam salūtem, hī viās omnēs aere atque argentō spargunt, deam eiusque sacerdōtēs largā stīpe dītantēs; et spargunt quasi nivem flōrēs rosārum, quibus obumbrant Mātrem ipsam, et gregēs eōrum, quī comitantur. Ibi armātī hominēs (quōs Graecī vocant nōmine 'Cūrētās'), sī forte lūdunt inter Phrygiās catervās, et exsultant ad numerum, sanguine ēbriī, quatientēs terrificās cristās capitum, imitantur Cūrētās Dictaeōs, quī dīcuntur ōlim in Crētā vagītum Iovis īnfantis cēlāvisse; cum multī puerī armātī circā illum īnfantem, trepidantī chorēā, pulsārent in numerum aera aeribus, nē Saturnus eum, arreptum, suīs mālīs vorandum trāderet, eiusque mātrī vulnus aeternum sub pectore daret. Ideō haec est causa cūr Magnam Mātrem armātī hominēs cingant; aut quia significant deam imperāre ut hominēs velint patriam terram vīribus et armīs tuērī, et ut semper parātī sint auxiliō et ōrnāmentō adesse parentibus. Quae rēs, etsī rēctē et pulchrē videantur dispositae, procul tamen repulsae sunt ā vērā ratiōne. Nam necesse est ut omnis nātūra deōrum per sē vītā immortālī summā cum tranquillitāte fruātur, ā nostrīs rēbus remōta ac procul sēiūncta.*

* Sāturnus, Iovis pāter, dīcitur suōs fīliōs vorāre solitus esse: cum igitur Iuppiter nātus est, māter eum Cūrētibus cēlandum trādidit. Quī īnfantis in speluncā occultatī vāgītūs armōrum strepitū operiēbant, nē Sāturnus audīret.

Etenim, prīvāta omnī dolōre, prīvāta perīculīs, ipsa, pollēns suīs opibus, nihil indiga nostrī, nec flectitur beneficiīs, nec īrā movētur. Tellūs vērō caret sēnsū omnī tempore; sed, cum possideat prīncipia multārum rērum, rēs multās variīs modīs in lūcem ēdit. Ergō, sī quis voluerit mare 'Neptūnum' vocāre, ac frūgēs 'Cererem', et māluerit nōmine 'Bacchī' ūtī, quam prōferre proprium nōmen vīnī, concēdāmus ut hic dīcat terrārum orbem esse 'Mātrem deōrum', dummodo nē ipse turpī religiōne animum īnficiat.

prīvātus -a -um = carēns
pollēre = valēre; pollēns = potēns
ops opis *f* = vīs, potestās
indigus -a -um + *gen* / *abl* = dēsīderāns, egēns
nōs, *gen* nostrī
sēnsus -ūs *m* < sentīre

prōferre : dīcere

II. 589-660

Prīncipiō, tellūs habet in sē corpora prīma,
unde mare immēnsum volventēs frīgora fontēs
adsiduē renovent, habet ignēs unde oriantur;
nam multīs succēnsa locīs ārdent sola terrae,
ex īmīs vērō furit ignibus impetus Aetnae.
Tum porrō nitidās frūgēs arbustaque laeta
gentibus hūmānīs habet unde extollere possit,
unde etiam fluviōs, frondēs et pābula laeta
montivagō generī possit praebēre ferārum.
Quārē Magna deum Māter māterque ferārum
et nostrī genetrīx haec dicta est corporis ūna.
Hanc veterēs Grāium doctī cecinēre poētae

prīncipiō : ante omnia, prīmum omnium
corpora prīma : prīmōrdia rērum
unde fontēs, volventēs frīgora (: ēdentēs frīgidās aquās), renovent mare immēnsum
habet *corpora* unde ignēs oriantur
sola terrae : terra
ex īmīs ignibus
nitidus -a -um (< nitēre) = nitēns
Tum porrō *tellūs* habet *corpora* unde extollere possit nitidās frūgēs arbustaque laeta
unde etiam possit praebēre
montivagō generī ferārum
montivagus -a -um = in montibus vagāns
haec ūna *tellūs* dicta est Magna deōrum Māter māterque ferārum et genetrīx corporis nostrī (: hominum)
hanc : Cybelem, (: Magnam Mātrem)
veterēs poētae doctī Grāi*ō*rum (= Graecōrum) | -ēre = -ērunt

sēdibus : sedentem
biiugus -a -um; b.ōs leōnēs = leōnēs bīnōs currum trahentēs
docentēs (: et poētae Graecī hōc modō docuērunt)
magnam tellūrem in spatiō āeris pendēre, neque terram posse sistere in terrā
poētae adiūnxērunt (: cecinērunt curruī adiūnctās esse)
prōlēs, quam-vīs effera : etiam sī ferōcissima est
victa officiīs parentum

poētae cīnxērunt caput : cecinērunt caput cīnctum esse
quia *tellūs*, mūnīta eximiīs locīs, sustinet urbēs
eximiīs : altīs
quō īnsignī (: corōnā mūrālī) praedita, imāgō dīvīnae mātris fertur per magnās terrās
horrificus -a -um = horribilis

hanc : Cybelem

vocitāre = saepe vocāre
ex illīs fīnibus : ē regiōne Īdaeā, in Phrygiā sitā
ēdunt : dīcunt

at-tribuere = dare, praebēre

poētae volunt significāre eōs quī nūmen Mātris (:Cybelis) violāverint... putandōs esse indignōs quī ēdant (: indignōs ēdere)
prōgeniēs -ēī *f* = stirps, prōlēs
in ōrās lūminis : in lūcem
tendere tetendisse tentum
pulsāta palmīs
rauci-sonus -a -um = quī sonum raucum ēdit | raucisonō cantū
Phrygiō numerō (: sonō)
prae-portant : portant ante *imāginem deae*
tēla, quae possint conterrēre ingrātōs animōs atque impia pectora vulgī metū *et* nūmine dīvae

sēdibus in currū biiugōs agitāre leōnēs;
āeris in spatiō magnam pendēre docentēs
tellūrem neque posse in terrā sistere terram.
Adiūnxēre ferās, quia, quamvīs effera, prōlēs
officiīs dēbet mollīrī victa parentum.
Mūrālīque caput summum cīnxēre corōnā,
eximiīs mūnīta locīs quia sustinet urbēs.
Quō nunc īnsignī per magnās praedita terrās
horrificē fertur dīvīnae mātris imāgō.
Hanc variae gentēs antīquō mōre sacrōrum
'Īdaeam' vocitant 'Mātrem', Phrygiāsque catervās
dant comitēs, quia prīmum ex illīs fīnibus ēdunt
per terrārum orbem frūgēs coepisse creārī.
Gallōs attribuunt, quia, nūmen quī violārint
Mātris et ingrātī genitōribus inventī sint,
significāre volunt indignōs esse putandōs,
vīvam prōgeniem quī in ōrās lūminis ēdant.
Tympana tenta tonant palmīs et cymbala circum
concava, raucisonōque minantur cornua cantū,
et Phrygiō stimulat numerō cava tībia mentēs,
tēlaque praeportant, violentī signa furōris,
ingrātōs animōs atque impia pectora vulgī

conterrēre metū quae possint nūmine dīvae.
Ergō cum prīmum, magnās invecta per urbēs,
mūnificat tacitā mortālēs mūta salūte;
aere atque argentō sternunt iter omne viārum
largificā stipe dītantēs, ninguntque rosārum
flōribus umbrantēs mātrem comitumque catervam.
Hīc armāta manus ('Cūrētās' nōmine Grāiī
quōs memorant), Phrygiās inter sī forte catervās
lūdunt in numerumque exsultant, sanguine laetī,
terrificās capitum quatientēs nūmine cristās,
Dictaeōs referunt Cūrētās, quī Iovis illum
vāgītum in Crētā quondam occultāsse feruntur,
cum puerī circum puerum, pernīce chorēā,
....
armātī in numerum pulsārent aeribus aera,
nē Sāturnus eum mālīs mandāret adeptus
aeternumque daret mātrī sub pectore vulnus.
Prōptereā Magnam armātī Mātrem comitantur;
aut quia significant dīvam praedīcere ut armīs
ac virtūte velint patriam dēfendere terram
praesidiōque parent decorīque parentibus esse.
Quae bene et eximiē quamvīs disposta ferantur,

dīva -ae *f* = dea

mūnificāre + *abl* = dōnāre
mūta, mūnificat mortālēs tacitā salūte : tacitē salūtem dōnat mortālibus
sacerdōtēs et servī deae sternunt iter omne viārum (: viās omnēs per quās dea iter facit)
largificus -a -um = largus
ningunt rosārum flōribus : dēiciunt rosās quae dēcidunt sīcut nivēs
umbrāre = umbrā operīre, obumbrāre
quōs Grāiī 'Cūrētās' nōmine memorant (: vocant)
sī forte inter Phrygiās catervās
in numerum : secundum numerum
sanguine : sacrificiīs factīs
terrificās cristās capitum
referre = imitārī
feruntur : dīcuntur, nārrantur
pernīx -īcis *adi* = vēlōx
pernīce = pernīcī
aeribus aera : cymbala inter sē
eum : Iovem
adeptus : postquam *eum* arripuisset
armātī *virī*
praedīcere (: imperāre, praecipere) ut velint dēfendere terram patriam *sēque* parent praesidiō et decorī esse parentibus
quae, quamvīs bene et eximiē dispos*i*ta ferantur (: dīcantur)

re-pellere -ppulisse -pulsum; repulsa : remōta	longē sunt tamen ā vērā ratiōne repulsa.
necesse est ut omnis nātūra dīvōrum (: deōrum) per sē fruātur	omnis enim per sē dīvum nātūra necessest
aevum -ī *n* = tempus continuum, aetās	inmortālī aevō summā cum pāce fruātur
sē-mōtus -a -um = re-mōtus sē-iūnctus -a -um = dis-iūnctus	sēmōta ab nostrīs rēbus sēiūnctaque longē;
perīculīs	nam prīvāta dolōre omnī, prīvāta periclīs,
	ipsa, suīs pollēns opibus, nīl indiga nostrī,
prō-merēre = merēre; bene prōmeritīs = beneficiīs	nec bene prōmeritīs capitur neque tangitur īrā.
omnī tempore : semper	terra quidem vērō caret omnī tempore sēnsū,
potitur prīmōrdia : potitur prīmōrdiīs	et quia multārum potitur prīmōrdia rērum,
	multa modīs multīs effert in lūmina sōlis.
sī quis cōnstituet vocāre mare 'Neptūnum' et frūgēs 'Cererem'	Hīc sī quis mare 'Neptūnum' 'Cereremque' vocāre
ab-ūtī = male ūtī	cōnstituet frūgēs et 'Bacchī' nōmine abūtī
latex -icis *m* : vīnum vocāmen -inis *n* = nōmen	māvult quam laticis proprium prōferre vocāmen,
	concēdāmus ut hic terrārum dictitet orbem
deōrum dum rē vērā parcat contingere (: nōn contingat) animum *suum* religiōne turpī	esse 'deum mātrem', dum vērā rē tamen ipse
	rēligiōne animum turpī contingere parcat.




LIBER III


Novae Epicūrī laudēs

"Tē sequor" ait Lucrētius, Epicūrum alloquēns, "ō Graecōrum ōrnāmentum et glōria: quī prīmus potuistī exprōmere lūcem tam clāram ex tam magnīs tenebrīs, dēmōnstrāns quae sint vītae commoda; et iam mea vestīgia īnfīxa pōnō in signīs pedum tuōrum in terrā impressīs; nōn tamen tam cupidus certandī tēcum, quam quia cupiō imitārī tē propter amōrem, quō afficitur animus meus ergā tē. Nam, quōmodo hirundō certet cum cycnīs? Aut quidnam haedī, tremulīs suīs membrīs, possunt facere in currendō quod simile sit vīribus validī equī?

ex-prōmere
īn-fīgere -fīxisse -fīxum
imprimere -pressisse -pressum
hirundō -inis *f*
cycnus -ī *m*
haedus -ī *m*
tremulus -a -um = quī tremit







Tū es pater et inventor rērum; tū suppeditās nōbīs paterna praecepta; et sīcut apēs dēgustant omnia in vallibus flōribus vestītīs, ita eōdem modō

inventor -ōris *m* = quī invenit
suppeditāre = offerre (rem ūtilem)
dē-gustāre = gustāre
vestīre -īvisse -ītum

nōs carpimus et gustāmus omnēs tuās sententiās aureās; aureās, inquam, et quae semper merentur vītam perpetuam. Nam, cum prīmum vīs mentis tuae coepit clāmāre et vēram illūstrāre nātūram rērum, ē dīvīnā mente ortam, metūs animī abeunt; moenia mundī aperiuntur, et videō rēs cūnctās fierī per omne spatium vacuum. Appāret potestās deōrum, eōrumque sēdēs quiētae cernuntur; quās neque ventī commovent, neque nūbēs imbribus cōnspergunt; neque nix alba, concrēta ex frīgidissimā pruīnā, cadēns tangit; at caelum semper serēnum operit illās, quod splendet, lūce lātē diffūsā. Praetereā nātūra omnia nōbīs suppeditat, neque quidquam umquam turbat animī pācem mentisque tranquillitātem. Contrā vērō nusquam appārent Acherūsia templa; neque terra nōs prohibet cernere rēs omnēs, quae īnfrā, sub pedibus nostrīs, fiant per spatia inānia. Tunc, cum dē hīs rēbus cōgitō, mē capit dīvīna quaedam voluptās, atque magna admīrātiō: quia sīc nātūra, per vīrēs ingeniī tuī patēns, ex omnī parte aperta est. Et, cum ostenderim quālia sint prīmōrdia rērum omnium, et quantum rēs, quae dissimilēs sunt inter sē variīs fōrmīs, āctae aeternō quōdam mōtū, sponte suā volitent, vel quō modō rēs quaeque possint fierī ex illīs; post hās rēs explānātās, nunc nātūra animī et animae vidētur esse illūstranda meīs carminibus; et timor ille Acherūntis procul expellendus, quī ab īmō et penitus vītam hominis perturbat, aspergēns omnia mortis nigrō colōre; neque sinit ūllās dēliciās vītae esse līberās et pūrās.

cōn-spergere = aspergere
concrēscere -crēvisse -crētum = dūrus fierī (ut glaciēs)
pruīna -ae *f* : glaciēs quae concrēscit in herbīs (: frīgus)

dif-fundere = spargere

Acherūsius -a -um = īnferus

prīmōrdium -iī *n* = prīncipium

Acherūns -ūntis *m* = flūmen quod est apud Īnferōs (: Īnferī)

LIBER III

III. 1-40

Ē tenebrīs tantīs tam clārum extollere lūmen
quī prīmus potuistī illūstrāns commoda vītae,
tē sequor, ō Grāiae gentis decus, inque tuīs nunc
ficta pedum ponō pressīs vestīgia signīs,
nōn ita certandī cupidus quam propter amōrem
quod tē imitārī aveō; quid enim contendat hirundō
cycnīs, aut quidnam tremulīs facere artubus haedī
cōnsimile in cursū possint et fortis equī vīs?
tū, pater, es rērum inventor, tū patria nōbīs
suppeditās praecepta, tuīsque ex, inclute, chartīs,
flōriferīs ut apēs in saltibus omnia lībant,
omnia nōs itidem dēpāscimur aurea dīcta:
aurea, perpetuā semper dignissima vītā.
nam simul ac ratiō tua coepit vōciferārī
nātūram rērum, dīvīnā mente coorta,
diffugiunt animī terrōrēs, moenia mundī
discēdunt. Tōtum videō per ināne gerī rēs.
Appāret dīvum nūmen sēdēsque quiētae,
quās neque concutiunt ventī nec nūbila nimbīs
aspergunt neque nix ācrī concrēta pruīnā
cāna cadēns violat, semper[que] innūbilus aether

tē sequor, ō Grāiae (= Graecae) gentis decus, quī prīmus potuistī extollere

in-que tuīs pressīs signīs (: vestigiīs) ponō ficta (: impressa, īnfixa) vestīgia pedum *meōrum*

quam quod te imitārī aveō propter amōrem meum ergā tē
avēre = valdē cupere
quid = quā in rē, quōmodo
contendere = certāre
cum cycnīs
artus -ūs (*dat / abl pl* -ubus) *m* = membrum
cōnsimilis -e = similis
quidnam cōnsimile
et = atque | cōnsimile atque = eiusdem generis atque
patria praecepta
praeceptum -ī *n* (< praecipere) = quod praeceptum est
tuīsque ex chartīs = et ex tuīs chartīs (: librīs)
flōri-fer -fera -ferum (< flōs + ferre) = plēnus flōrum
lībāre = gustāre
itidem *adv* (< ita + dem) = item, eōdem modō | omnia aurea dīcta
dē-pāscimur = gustāmus
aurea *et* dignissima

ratiō tua (: quae docēs), dīvīnā mente coorta
vōciferārī = prōclāmāre

vēram nātūram

dif-fugere

per tōtum ināne (: spatium vacuum)
gerī : nāscī et movērī

dīvōrum (: deōrum)
nūmen : potestās

nūbila -ōrum *n pl* = nūbēs

nix cāna, concrēta ācrī pruīnā
ācrī : dūrā

cānus -a -um = candidus
in-nūbilus ↔ nūbilus (= serēnus)

integit et largē diffūsō lūmine rīdet:
omnia suppeditat porrō nātūra neque ūlla
rēs animī pācem dēlībat tempore in ūllō.
At contrā nusquam appārent Acherūsia templa,
nec tellūs obstat quīn omnia dispiciantur,
sub pedibus quaecumque īnfrā per ināne geruntur.
Hīs ibi mē rēbus quaedam dīvīna volūptās
percipit atque horror, quod sīc nātūra, tuā vī
tam manifesta patēns, ex omnī parte retēcta est.
Et quoniam docuī, cunctārum exōrdia rērum
quālia sint et quam variīs distantia fōrmīs
sponte suā volitent aeternō percita mōtū,
quōve modō possint rēs ex hīs quaeque creārī;
hāsce secundum rēs, animī nātūra vidētur
atque animae clāranda meīs iam versibus esse
et metus ille forās praeceps Acherūntis agendus,
funditus hūmānam quī vītam turbat ab īmō
omnia suffundēns mortis nigrōre neque ūllam
esse voluptātem liquidam pūramque relinquit.

in-tegere = tegere
dif-fundere -fūdisse -fūsum = spargere
porrō *adv* = deinde, praetereā
dē-lībāre = violāre, turbāre
obstat quīn dispiciantur = prohibent dispicere
dis-picere = discernere
omnia, quaecumque geruntur
mē percipit (: capit)
re-tegere -tēxisse -tēctum = aperīre (↔ cēlāre)
exōrdium -iī *n* = prīncipium
per-ciēre -ciisse -citum = permovēre
rēs quaeque
creāre = prōcreāre
hās-ce secundum rēs = post hās rēs
mihi vidētur animī atque animae nātūra clāranda esse
clārāre = dēclārāre, clāre ostendere
forās agendus *esse vidētur* : expellendus esse vidētur
metus ille, quī hūmānam vītam funditus ab īmō turbat
suf-fundere = aspergere
nigror -ōris *m* = colōr niger
neque relinquit (: sinit) ūllam voluptātem esse liquidam pūramque
liquidus -a -um ↔ turbidus, sordidus



Mors nihil est ad nōs, neque pertinet quidquam

Mors nihil est ad nōs, neque quidquam pertinet, quandōquidem nātūra animī est mortālis. Et sīcut nihil malī passī sumus tempore praeteritō, cum Carthāginiēnsēs accurrērunt ex omnibus partibus ad pugnandum, et cum omnia, horrendō bellī mōtū concussa, tremuērunt sub altīs aetheris aurīs, et cum incertum fuit cūnctīs hominibus sub utrīus imperium sibi dēveniendum esset tam in terrā, quam in marī; ita, postquam nōn iam erimus (id est, cum factum erit discidium animī et corporis, ex quibus sumus in ūnum coniūnctī) scīlicet nihil omnīnō ēvenīre nōbīs, quī tum nōn erimus, aut tangere nostrōs sēnsūs poterit, etiamsī terra miscēbitur cum marī aut mare cum caelō. Quod sī nātūra animī et vīs animae aliquid dē nostrō corpore sentit, postquam ex eō iam dētracta est, tamen hoc nihil pertinet ad nōs, quī compositī sumus in ūnum ex societāte et coniūgiō corporis atque animae. Sī, vērō, post obitum nostrum, tempus collēgerit prīmōrdia ex quibus cōnstitimus, et iterum posue-

quandōquidem = quia

discidium -i *n* < di-scindere

sēnsus -ūs *m* < sentīre

quod sī : sī vērō

obitus -ūs *m* = mors

rit, sīcut nunc posita sunt, atque rūrsum lūx vītae concessa fuerit nōbīs; nōn est tamen cūr etiam hoc factum pertineat quidquam ad nōs, cum semel memoria nostrī interrupta sit. Et iam nunc nihil attinet ad nōs dē nōbīs ipsīs scīre quī fuerimus anteā: neque iam nunc nōs afficit angor dē illīs, quōs futūrum tempus ex nostrā māteriā prōcreābit. Nam, sī respiciās tōtum immēnsī temporis spatium ante āctum, atque cōnsīderēs quam variī sint mōtūs atomōrum, facile crēdere poteris haec eadem prīmōrdia, ex quibus nunc nōs cōnstāmus, saepe anteā in eōdem ōrdine posita fuisse, quō nunc sunt; neque tamen id retinēre possumus memorī mente. Pausa enim vītae interiecta est, et cūnctī mōtūs, passim errantēs, longē ā sēnsibus vagātī sunt. Etenim, sī forte aliquid malī futūrum est, tum dēbet in eō tempore etiam esse ille ipse, cui illud malum accidere possit. Quoniam vērō mors hoc nōn sinit, ac prōhibet esse illum, cui haec mala ēvenīre queant, licet agnōscere nihil metuendum esse nōbīs in morte; neque ūllum posse esse miserum, quī nōn est ; neque quidquam differre, utrum nūllō tempore iam nātus fuerit anteā, cum mors immortālis mortālem vītam adēmit.

rūrsum = rūrsus

nōs, *gen* nostrī
inter-rumpere = in mediō rumpere

angor -ōris *m* = animī cūra; affectus quō animus turbātur

ante āctum : praeteritum
cōnsīderāre = mente spectāre

pausa -ae *f* = temporis spatium sine mōtū; terminus

quīre -eō -ivisse = posse

dif-ferre = dissimilis esse

III.830-869

Nīl igitur mors est ad nōs neque pertinet hīlum,
quandoquidem nātūra animī mortālis habētur.
Et velut ante āctō nīl tempore sēnsimus aegrī,

nīl = nihil | neque... hīlum (: nihilum = nihil) = et omnīnō nōn, neque quidquam

quandŏquidem

ni*h*il aegrī (: malī) sēnsimus tempore ante āctō

ad cōnflīgendum venientibus undique Poenīs,
omnia cum bellī trepidō concussa tumultū
horrida contremuēre sub altīs aetheris aurīs,
in dubiōque fuēre utrōrum ad rēgna cadendum
omnibus hūmānīs esset terrāque marīque;
sīc, ubi nōn erimus, cum corporis atque animāī
discidium fuerit, quibus ē sumus ūniter aptī,
scīlicet haud nōbīs quicquam, quī nōn erimus tum,
accidere omnīnō poterit sēnsumque movēre,
nōn sī terra marī miscēbitur et mare caelō.
Et sī iam nostrō sentit dē corpore postquam
distractast animī nātūra animaeque potestās,
nīl tamen est ad nōs, quī cōmptū coniugiōque
corporis atque animae cōnsistimus ūniter aptī.
Nec, sī māteriem nostram collēgerit aetās
post obitum rūrsumque redēgerit ut sita nunc est,
atque iterum nōbīs fuerint data lūmina vītae,
pertineat quicquam tamen ad nōs id quoque factum,
interrupta semel cum sit repetentia nostrī.
Et nunc nīl ad nōs dē nōbīs attinet, ante
quī fuimus, neque iam dē illīs nōs afficit angor.
Nam cum respiciās inmēnsī temporis omne

cum omnia, concussa trepidō tumultū bellī, horrida contremuē*runt*
-ēre = -ērunt
con-tremere = valdē tremere
utrōrum ad rēgna : in potestātem utrōrum
cadendum esset omnibus hūmānīs (: omnibus hominibus)
ubi : cum | -āī = -ae
corporis atque animae discidium : mors
ē quibus (: corpore et animā)
ūniter : in ūnum | aptī : compositī
nōn sī : etsī
et sī nātūra animī animaeque potestās sentit *aliquid* postquam distracta est dē corpore nostrō
cōmptus -ūs *m* = id quod ligat, vinculum
ē cōmptū coniugiōque… cōnsistimus
māteriēs -ēī *f* = māteria
red-igere -ēgisse -āctum = referre, iterum compōnere
lūmina vītae : vīta
nec (*v.* 847)… pertineat
id quoque factum : etiam sī id factum sit, etiam hoc factum
cum semel interrupta sit
repetentia -ae *f* : memoria
quī fuimus anteā
dē illīs *quī fuimus*

tum etiam *respiciās* quam multimodī sint mōtūs	praeteritum spatium, tum mōtūs māteriāī
multimodus -a -um = varius ad-crēdere = incipere crēdere	multimodī quam sint, facile hoc adcrēdere possīs,
haec eadem sēmina, ē quibus nunc nōs sumus, saepe ante*ā* pos*i*ta fuisse in eōdem ōrdine, ut (:quō) nunc sunt	sēmina saepe in eōdem, ut nunc sunt, ōrdine posta
	haec eadem, quibus ē nunc nōs sumus, ante fuisse.
id : vītam praeteritam	Nec memorī tamen id quīmus reprēhendere mente;
interiecta est vagē < vagus -a -um (= errāns)	inter enim iecta est vītāī pausa vagēque
dē-errāre = errāre *procul* ab sēnsibus	dēerrārunt passim mōtūs ab sēnsibus omnēs.
sī *quid* futūrum est miserē et aegrē, ipse quoque, cui male possit accidere, dēbet esse tum, in eō tempore	Dēbet enim, miserē sī forte aegrēque futūrumst,
	ipse quoque esse in eō tum tempore, cui male possit
ex-imere = adimere, dēmere eximit : prohibet	accidere. Id quoniam mors eximit, esseque prohibet
incommodum -ī *n* ↔ commodum conciliāre : coniungere	illum cui possint incommoda conciliārī,
	scīre licet nōbīs nīl esse in morte timendum
nec *illum hominem* quī nōn est posse fierī miserum	nec miserum fierī quī nōn est posse, neque hīlum
	differre an nūllō fuerit iam tempore nātus,
cum (: postquam) mors immortālis adēmit vītam mortālem	mortālem vītam mors cum immortālis adēmit.



Mortem nōn esse timendam, cum dolōre careat

"Iam - inquiunt - familia tua gaudēns nōn excipiet tē, neque uxor tua optima, neque cārī līberī obviam ībunt ut ōscula rapiant, nec afficient cor tuum sēcrētā dulcēdine. Neque tibi neque tuīs iam poteris esse auxiliō aliquid praeclārē faciendō; et tibi miserō, - āiunt - ūna diēs īnfēlīx abstulit miserē omnia gaudia vītae." In hīs rēbus autem nōn addunt illud: "Nec tibi superest dēsīderium ūllum eārum rērum." Quod sī bene cernant animō, et verbīs apertē dīcant, līberābunt sē magnō āngōre et metū. Tū vērō, sīcut nunc in mortis sopōre dormīs, ita dormiēs per omne tempus quod restat, prīvātus omnibus dolōribus et morbīs. Nōs contrā lūgēbimus īnsatiābiliter prope tē factum cinerem in

iam nōn ↔ adhūc

dulcēdō -inis *f* (< dulcis) = voluptās

dēsīderium -iī *n* < dēsīderāre

angor -ōris *m* = quod animum perturbat

sopor -ōris *m* = somnus

prīvāre : rē p. = rem adimere
prīvātus : carēns

īn-satiābilis -e = quī numquam satis habet

bustō; neque ūlla diēs adimet nōbīs ē pectore aeternum maerōrem. Ergō illud quaerendum est ab hōc homine, 'quid sit tam acerbum sī omnia redeunt ad somnium et ad quiētem?' 'Quārē quisquam dēbeat aeternō lūctū afficī?' Saepe vērō hominēs, cum accubuērunt et habent nōnnumquam pōcula in manibus, et cingunt frontem corōnīs, dīcunt ex animō: "Hoc est breve gaudium homullīs: citō trānsībit; neque posteā umquam illud revocāre licēbit." Tamquam sī in eōrum lētō praesertim hoc sit malī, ārdentī sitī exūrī et incendī, aut adhūc superesse alius cuiuslibet reī dēsīderium. Neque enim quisquam dēsīderat sēipsum aut vītam suam, tum cum animus et corpus pariter dormientēs quiēscunt. Namque fatendum est nōbīs tālem esse aeternum sopōrem: neque tunc ūllum dēsīderium nostrī potest tangere nōs. Et tamen tum, cum in hāc vītā dormīmus, prīmōrdia illa, ex quibus cōnstāmus, haudquāquam errant per membra nostra procul ā mōtibus, quī dant sēnsūs; nam homō, ēreptus ē somnō, excitātur, et redit ad vītam. Ergō exīstimandum est mortem multō minus pertinēre ad nōs quam somnum: sī potest esse minus, quam id, quod vidēmus esse nihil. Nam in morte māior disiectus māteriae sequitur, nec quisquam ē morte excitātur aut surgit, cum semel vēnit frīgidus vītae fīnis.

bustum -ī *n* = rogus / sepulcrum (tumulus in quō corpus cremātur)
maeror -ōris *m* < maerēre

homullus -ī *m* = miser homō

lētum -ī *n* = mors

ex-ūrere = ūrere

alius, *gen* alīus


nōs, *gen* nostrī

haudquāquam = nēquāquam

dis-iectus -ūs *m* < dis-icere

III.894-930

"Iam iam nōn domus accipiet tē laeta neque uxor
optima, nec dulcēs occurrent ōscula nātī
praeripere et tacitā pectus dulcēdine tangent.
Nōn poteris factīs flōrentibus esse tuīsque
praesidium. Miserō miserē" āiunt "omnia adēmit
ūna diēs īnfēsta tibī tot praemia vītae."
Illud in hīs rēbus nōn addunt: "Nec tibi eārum
iam dēsīderium rērum super īnsidet ūllum."
Quod bene sī videant animō dictīsque sequantur,
dissolvant animī magnō sē āngōre metūque.
"Tū quidem, ut es lētō sōpītus, sīc eris aevī
quod superest cūnctīs prīvātus dolōribus aegrīs;
at nōs horrificō cinefactum tē prope bustō
īnsatiābiliter dēflēvimus, aeternumque
nūlla diēs nōbīs maerōrem ē pectore dēmet."
Illud ab hōc igitur quaerendum est, quid sit amārī
tantō opere, ad somnum sī rēs redit atque quiētem,
cūr quisquam aeternō possit tābēscere lūctū.
Hoc etiam faciunt ubi discubuēre tenentque
pōcula saepe hominēs et inumbrant
ōra corōnīs,



domus : familia

dulcēs nātī occurrent praeripere (: ut praeripiant) ōscula

prae-ripere (< rapere) = carpere, fūrārī | et : nec

nōn poteris esse *in* factīs flōrentibus, tuīsque (: nec tuīs) *esse* praesidium

āiunt *quī mortem esse molestam putant*

tibi miserō ūna diēs īnfēsta miserē adēmit omnia, tot praemia (:gaudia) vītae

nec ūllum iam dēsīderium eārum rērum

īn-sidēre = inesse; super īnsidet : superest

quod bene sī : sī hoc bene

dictīsque sequantur : et verbīs quoque hoc apertē dīcant

dis-solvere = līberāre

dissolvant sē *ā* magnō āngōre animī metūque

sōpīre = dormientem facere

aevī quod superest : per tōtam illam partem aevī quae superest

cinefactus -a -um = cinis factus; cremātus | prope tē, cinefactum *in* horrificō bustō

horrificus -a -um = horrendus

dē-flēre = flēre

aeternum maerōrem

ab hōc *homine*

amārī tantō opere : tam amārum

rēs : vīta

possit : dēbeat

aeternō lūctū

tābēscere = cōnsūmī

ubi : cum | discubuēre = discubuērunt (apud mēnsam)

hoc faciunt.... ut dicant (: hoc dīcere sōlent)

inumbrāre = umbrā operīre (: cingere) | ōra : frontēs

corōna -ae *f*

hīc : in vītā | frūctus -ūs *m* (< fruī) : voluptās, gaudium
iam fuerit : mox ad fīnem advēnerit
neque posteā licēbit umquam revocāre *illam voluptātem*
tamquam *sī* cum prīmīs (: praesertim) hoc malī (: hoc malum) sit in morte eōrum, quod...
āridus -a -um = siccus
torr*e*at
aliae = alīus (*gen*)
cuius*libet* reī
īnsideat : supersit
tum... cum
requīrit : dēsīderat

licet per nōs ↔ negāmus (: fatēmur)

nec ūllum dēsīderium
per nostrōs artūs (: in corpore nostrō)
artus -ūs *m* = membrum corporis
illa prīmōrdia
sēnsi-fer -a -um = sēnsum ferēns

cor-ripere = (subitō) rapere
sē colligit : excitātur

minus *quam somnum*
putandumst = putandum est

id quod

turbae māteriāī : corporis

ā lētō
expergitus = experrēctus, excitātus
ex-stāre = stāre, surgere
quem (: cum eum) semel frīgida pausa vītae (: mors) secūta est
pausa -ae *f* = temporis spatium sine mōtū; terminus

ex animō ut dīcant: «Brevis hīc est frūctus homullīs;
iam fuerit neque post umquam revocāre licēbit.»
Tamquam in morte malī cum prīmīs hoc sit eōrum,
quod sitis exūrat miserōs atque ārida torrat,
aut aliae cuius dēsīderium īnsideat reī.
nec sibi enim quisquam tum sē vītamque requīrit,
cum pariter mēns et corpus sōpīta quiēscunt;
nam licet aeternum per nōs sīc esse sopōrem,
nec dēsīderium nostrī nōs afficit ūllum.
Et tamen haudquāquam nostrōs tunc illa per artūs
longē ab sēnsiferīs prīmōrdia mōtibus errant,
cum correptus homō ex somnō sē colligit ipse.
Multō igitur mortem minus ad nōs esse putandumst,
sī minus esse potest quam quod nihil esse vidēmus;
māior enim turbae disiectus māteriāī
cōnsequitur lētō nec quisquam expergitus exstat,
frīgida quem semel est vītāī pausa secūta.



Cūr nōn ut plēnus vītae convīva recēdis?


Dēmum, sī Nātūra rērum ēdat hanc vōcem subitō et ita aliquem nostrum reprehendat: "Quid, ō homō, tibi est, cūr nimis acerbīs lūctibus indulgeās? Cūr mortem plōrās, et flēs? Nam, sī vīta, quae praeteriit, fuit tibi iūcunda, et sī omnia vītae commoda nōn flūxērunt sīcut per vās pertūsum, neque inūtilēs tibi periērunt; cūr nōn discēdis tamquam convīva quī satis habuit vītae? Cūr nōn accipis libentī animō, stulte, quiētem sine cūrīs? Sī vērō, contrā, rēs illae omnēs, quibus fructus es, efflūxērunt et periērunt, et sī vīta tibi est gravis, quā dē causā cupis addere amplius malī quod rūrsus tibi pereat? Nōnne potius vīs fīnem facere vītae et poenae tuae? Namque nihil habeō, quod amplius excōgitem et reperiam, quod grātum sit tibi; omnia semper eadem sunt. Sī corpus nōndum, annīs cōnfectum, tibi marcet, neque membra, cōnsūmpta, languent: tamen haec omnia restant eadem, etiamsī pergēs superāre omnia saecula vīvendō: immō, etiamsī numquam moritūrus sīs." Quid respondeāmus ad haec, nisi Nātūram nōs iūstē accūsāre et vēram causam nōbīs

acerbus = molestus, dūrus

indulgēre indulsisse indultum = cēdere

per-tundere -tudisse -tūsum

vās pertūsum



ef-fluere (< ex-fluere)

marcēre = corrumpī

languēre = dēbilis esse

aetāte provectus : senex, grandaevus

dē-plōrāre = plōrāre

saturārī (rē) = satis habēre (reī)

verbīs expōnere? Nōnne vērō iūstā dē causā, sī homō aetāte prōvectior et senior querātur atque dēplōret mortem suam, in eum etiam magis Nātūra clāmābit et eum asperā vōce reprehendet? "Aufer hinc lacrimās, stulte, et dēsine querī! Marcēs enim, cum iam omnibus vītae gaudiīs fructus sīs: sed, cum semper cupīvissēs, quod nōn habēbās, et contempsissēs praesentia, vīta tōta tibi efflūxit imperfecta et ingrāta, et tibi nōn exspectantī mors stetit iūxtā caput antequam, plēnus et saturātus rēbus, possīs discēdere ē vītā."

III, 931-960

vōcem mittere = vōcem ēdere

hōc *sermōne* alicui (: aliquem) nostrum ipsa sīc increpet

tibi tantō opere est = tibi tam multum cordī est

quod... indulgēs : ut indulgeās

quid : cūr | con-gemere = querī; quid mortem congemis? = cūr dē morte quereris?

ante ācta priorque = praeterita

omnia commoda

quasi congesta (: col-lata) in vās pertūsum | con-gerere = con-ferre

per-fluere; perflūx*ēre* = perflūx*ērunt* | interi*ēre* = interi*ērunt*

aequō animōque = et aequō animō

ea, quae-cumque fructus es : ea, quibuscumque fructus es (< fruī)

peri*ēre* = peri*ērunt*

in offēnsō est = ingrāta est

offendere = laedere (animum), displicēre

quod rūrsum (= rūrsus)

Dēnique sī vōcem rērum nātūra repente
mittat et hōc alicui nostrum sīc increpet ipsa:
"Quid tibi tantō opere est, mortālis, quod nimis aegrīs
lūctibus indulgēs? quid mortem congemis ac flēs?
nam sī grāta fuit tibi vīta ante ācta priorque
et nōn omnia, pertūsum congesta quasi in vās,
commoda perflūxēre atque ingrāta interiēre;
cūr nōn ut plēnus vītae convīva recēdis
aequō animōque capis sēcūram, stulte, quiētem?
Sīn ea, quae fructus cumque es, periēre profūsa
vītaque in offēnsō est, cūr amplius addere quaeris
rūrsum quod pereat male et ingrātum occidat omne,

nōn potius vītae fīnem facis atque labōris?
Nam tibi praetereā quod māchiner inveniamque,
quod placeat, nihil est; eadem sunt omnia semper.
Sī tibi nōn annīs corpus iam marcet, et artūs
cōnfectī languent, eadem tamen omnia restant,
omnia sī pergēs vīvendō vincere saecla,
atque etiam potius, sī numquam sīs moritūrus",
quid respondēmus, nisi iūstam intendere lītem
nātūram et vēram verbīs expōnere causam?
Grandior hīc vērō sī iam seniorque querātur
atque obitum lamentētur miser amplius aequō,
nōn meritō inclāmet magis et vōce increpet ācrī:
"Aufer abhinc lacrimās, balatrō, et compēsce querēllās.
Omnia perfūnctus vītāī praemia, marcēs;
sed quia semper avēs quod abest, praesentia temnis,
imperfecta tibi ēlāpsa est ingrātaque vīta,
et necopīnantī mors ad caput adstitit ante
quam satur ac plēnus possīs discēdere rērum."

nōn = neque

nihil est quod māchiner inveniamque, nihil est quod placeat

nōn iam : nōndum
et : nec

eadem : haec mala
restant *patienda*


sī pergēs vincere : etsī vincēs omnia saec*u*la

nisi nātūram intendere iūstam lītem (: iūstē accūsāre)
līs lītis *f* = certāmen verbīs factum (dē iūre) | in-tendere = in-ferre
expōnere = nārrāre, dīcere

grandis -e = grandaevus, aetāte prōvectus
homō grandior seniorque
atque, miser, lamentētur obitum amplius aequo (: plūs quam aequum est) | obitus -ūs *m* (< obīre) = mors
nōn : nōnne | meritō *adv* = ut meritum est, iūre | *nātūra* inclāmet
ācer ācris ācre = dūrus, sevērus
ab-hinc = hinc
bālatrō -ōnis *m* = quī nūgās dīcit
compēscere = retinēre, re-primere
perfūnctus omnia praemia (: plēnē fructus omnibus praemiīs) vītāī (: -ae) | per-fungī = dēfungī, plēnē fruī
avēre = cupere, dēsīderāre
et praesentia
temnere = contemnere

tibi necopīnantī; nec-opīnāns -antis = nōn exspectāns
ante quam
satur -a -um (< saturāre) = quī satis habet (cibī)
plēnus rērum | possīs = possēs

Īnferī



Acherūns -untis *m* = fluvius apud Īnferōs (: Īnferī)

Nūllum esse Acheruntem, nūllum Tartarum

Tantalus -ī *m* = rēx scelerōsus in Īnferīs pūnītus; magnum saxum in aeternum suprā eius caput pendēre dīcitur

formīdō -inis *f* = timor

fors fortis *f* = fortūna

Tityos -ī (*acc* Tityon) *m* = *gigās* (= homō māximus et altissimus) ā deīs in Acheruntem missus; avēs eius viscera in aeternum vorāre dīcuntur

immānis -e = ingēns

iūgerum -i *n* = ager pedēs CCXL longus, CXX lātus

orbis terrae = orbis terrārum

dī-lacerāre = distrahere lacerandō, laniāre


Sīsyphus -ī *m* : cum Sīsyphus in vītā dolīs ūsus esset et post mortem ipsum Plūtōnem dēcipere cōnātus esset, apud Īnferōs ad saxum in aeternum volvendum condemnātus esse dīcēbātur.

Ea omnia, quae trādita sunt esse in īmō Acherunte, sunt tantum in vītā nostrā: neque īnfēlīx Tantalus timet ingēns saxum pendēns in āēre, ut āiunt, vānā formīdine oppressus; sed potius vānus timor deōrum premit hominēs in vītā; quī metuunt quemcumque cāsum fors īnferat. Neque avēs dēscendunt super Tityon iacentem in Acherunte. Neque sānē possunt invenīre aliquid quod per aeternum tempus vorent sub magnō pectore illīus, quamquam cōnstat ex immānī spatiō corporis, ita ut nōn sōlum occupet novem iūgera terrae extēnsīs suīs membrīs, sed etiam orbem tōtīus terrae; nōn tamen poterit ferre dolōrem aeternum huius generis, neque praebēre cibum perpetuum dē suō corpore. Sed Tityos nōbīs hominibus dīcitur ille vir, quem avēs dīlacerant, cum iaceat in amōre, et quem ānxiī et trepidī metūs cruciant; aut quem cūrae laniant quālibet aliā cupiditāte. Similiter, in vītā, ante oculōs nostrōs, Sisyphus quoque adest: nam tālis vidētur quīcumque studet postulāre ā populō fascēs et crūdelēs secūrēs,

signa imperiī, et tamen semper victus ac maestus redit. Nam postulāre magistrātum, quī vānus est, neque umquam trāditur, et ferre perpetuō dūrum labōrem in eō petendō, est id quod Sīsyphī poena significat: quae est magnō, sed vānō, labōre trūdere saxum in summum et arduum montem: quod saxum tamen iam volvitur iterum ā summō vertice, et raptim ruit in campum plānum et aequum.

Praetereā, alere perpetuō ingrātam nātūram animī et replēre illam optimīs rēbus, neque umquam satiāre eam (quod quidem longa tempora annōrum faciunt nōbīs, cum redeunt circum et portant frūctūs et dīversās voluptātēs, neque tamen satiāmur umquam frūgibus vītae): istud sānē, ut opīnor, est id quod poētae āiunt: virginēs aetāte flōrentī conicere aquam in vās pertūsum, quod tamen nūllō modō potest complērī. Nunc vērō nec Cerberus, nec Furiae nec Tartarus carēns lūmine ēdēnsque horrendās flammās ex ōre suō sunt in ūllō locō, neque sānē possunt esse usquam: sed in vītā est māximus timor poenārum prō sceleribus māximīs; et sunt crīminis poena et carcer, et, horrentēs, vidēmus hominēs dēicī dē rūpe, vidēmus verbera, carnificēs, picem, lāminam ārdentem, facēs: atque, etsī haec omnia nōn adsunt, tamen animus, sibi cōnscius maleficiōrum, timēns, adhibet sibi stimulōs et ūrit sē ipse iīs cruciātibus: neque intereā cernit quī possit esse fīnis suōrum dolōrum, nec quī terminus sit suōrum suppliciōrum; et timet etiam nē haec eadem mala augeantur magis post mortem. Inde dēmum accidit ut vīta stultōrum fīat similis eī vītae, quae apud Īnferōs esse in fābulīs nārrātur.

magistrātus -ūs *m* = officium pūblicum
perpetuō *adv* = semper
trūdere trūsisse trūsum = pellere, agere
vertex -icis *m* = pars summa, culmen
raptim = celeriter
in-grātus -a -um ↔ grātus
satiāre (< satis) = satis dare
frūctus -ūs *m* = frūgēs
satiārī rē = satis reī habēre
opīnārī = arbitrārī, putāre
virginēs *Danaidēs* (: fīliae Danaī), quae, cum interfēcissent marītōs, in aeternum aquam in vās *pertūsum* conicere apud Īnferōs damnātae esse dīcēbantur
pertūsum vās : *v. pāg.* 65
Cerberus -ī *m* : ferōx canis Plūtōnis, quī tria capita habet
Furiae -ārum *f pl* : trēs sorōrēs, quae, ex Īnferīs venientēs in terrās, persequentēs hominēs scelestōs, eōs īnsānōs faciunt
Tartarus -ī *m* = loca apud Īnferōs ubi cruciantur scelestī
carnifex -icis *m* = homō quī, officium suum faciēns, cruciat et occīdit hominēs scelestōs
pix picis *f* = māteria ātra (quae, calidissima, fundēbātur in corpora scelestōrum)
lāmina -ae *f* = metallum plānum (quod calidissimum pōnēbātur in corporibus scelestōrum)
cōnscius -a -um (+ *dat*) ↔ īnscius
ad-hibēre -uisse -itus = ūtī (aliquā rē)
stimulus -ī *m* = quod stimulat



III, 978-1023

in Acherunte profundō	Atque ea nīmīrum, quaecumque Acherunte profundō
prō-dere -didī -ditum = nārrāre	prōdita sunt esse, in vītā sunt omnia nōbīs.
miser Tantalus timet magnum saxum impendēns *in* āere fāma *est* : dīcitur	Nec miser impendēns magnum timet āere saxum
cassus -a -um = vacuus, vānus torpēre -uisse = nihil facere posse, opprimī	Tantalus, ut fāmast, cassā formīdine torpēns;
inānis metus dīv*ōrum* (= deōrum)	sed magis, in vītā, dīvum metus urget inānis
*mortālēs*que timent cāsum	mortālēs, cāsumque timent, quem cuique ferat fors.
in-eunt : aggrediuntur, impetum faciunt in | *in* Acherunte	Nec Tityon volucrēs ineunt, Acherunte iacentem,
nec possunt reperīre quicquam quod scrūtentur *ut edant* sub magnō pectore *per* perpetuam aetātem (: per tempus aeternum) scrūtārī = explōrāre, quaerere	nec quod sub magnō scrūtentur pectore quicquam
	perpetuam aetātem possunt reperīre profectō.
quamlibet (+ *con*) = quamquam, etsī (+ *ind*) | q. immānī prōiectū corporis exstet = etsī immānissimum corpus habeat	Quamlibet immānī prōiectū corporis exstet,
quī : ita ut | nōn sōla (: nōn sōlum) novem iūgera dis-pandere -pessus = ex-tendere	quī nōn sōla novem dispessīs iūgera membrīs
ob-tinēre : operīre | -āī = -ae tōt*ī*us	obtineat, sed quī terrāī tōtius orbem,
aeternum dolōrem	nōn tamen aeternum poterit perferre dolōrem
	nec praebēre cibum propriō dē corpore semper.
h*i*c *homō* est, quem	Sed Tityos nōbīs hīc est, in amōre iacentem
volucrēs : cupīdinēs ex-ēsse āngor -ōris *m* = cūra	quem volucrēs lacerant atque exēst ānxius āngor
cuppēdine : cupīdine	aut aliā quāvīs scindunt cuppēdine cūrae.
	Sīsyphus in vītā quoque nōbīs ante oculōs est,
fascēs et secūrēs = īnsignia imperiī	quī petere ā populō fascēs saevāsque secūrēs
im-bibere (animum) : cōnstituere, velle; i. petere = vult petere	imbibit et semper victus trīstisque recēdit.

Nam petere imperium, quod inānest nec datur umquam,
atque in eō semper dūrum sufferre labōrem,
hoc est adversō nixantem trūdere monte
saxum, quod tamen ē summō iam vertice rūrsum
volvitur et plānī raptim petit aequora campī.
Deinde animī ingrātam nātūram pāscere semper
atque explēre bonīs rēbus satiāreque numquam,
(quod faciunt nōbīs annōrum tempora, circum
cum redeunt fētūsque ferunt variōsque lepōrēs,
nec tamen explēmur vītāī frūctibus umquam),
hoc, ut opīnor, id est, aevō flōrente puellās
quod memorant laticem pertūsum congerere in vās,
quod tamen explērī nūllā ratiōne potestur.
Cerberus et Furiae iam vērō et lūcis egestās,
Tartarus horriferōs ēructāns faucibus aestūs –
quī neque sunt usquam nec possunt esse profectō;
sed metus in vītā poenārum prō male factīs
est īnsignibus īnsignis scelerisque luēlla:
carcer, et horribilis dē saxō iactus deorsum,
verbera, carnificēs, rōbur, pix, lāmina, taedae;
quae tamen etsī absunt, at mēns sibi cōnscia factīs

ināne *est*

in eō : in petendō imperiō
suf-ferre
hoc est adversō monte (: ab īnfimō monte ūsque ad culmen) nixantem trūdere saxum
nixārī = valdē labōrāre

rūrsum = rūrsus

aequora plānī campī : campōs aequōs et plānōs

annōrum tempora = tempora annī
circum cum redeunt : cum iterum iterumque redeunt in ordine
fētūs : frūgēs
lepōs -ōris *m* = rēs venusta, voluptās

-āī = -ae
hoc (: nōs numquam ā temporibus annī satiārī) est id quod *poētae* memorant *cum dīcunt* puellās laticem congerere
aevō flōrente : iuvenēs
latex -icis *m* = aqua
con-gerere = ferre, conicere
quod : vās
potestur = potest

egestās -ātis *f* (< egēre) = inopia
horri-fer -era -erum = horribilis
ē-ructāre = ēmittere ex ōre
faucēs -ium *f pl* = ōs interius
aestus -ūs *m* = calor, flamma
quī : Cerberus, Furiae, tenebrae et Tartarus

in *hāc* vītā est metus poenārum īnsignis prō male factīs (: maleficiīs) īnsignibus

īnsignis-que luēlla sceleris
luēlla -ae *f* = poena

iactus -ūs *m* < iacere
rōbur : carceris pars obscūrior

taeda -ae *f* = fax

flagellīs : suppliciīs
torret : ūrit

flagellum -ī *n*



fīnis -is *f* : quae sit fīnis poenārum

metuit nē haec eadem (: hae poenae) in morte gravēscant
gravēscere = gravior fierī

vīta stultōrum fit Acherūsia
Acherūsius -a -um < Acherūns

praemetuēns, adhibet stimulōs torretque flagellīs,
nec videt intereā quī terminus esse malōrum
possit nec quae sit poenārum dēnique fīnis,
atque eadem metuit magis haec nē in morte gravēscant.
Hīc Acherūsia fit stultōrum dēnique vīta.



Sepulcrum Scīpiōnis Barbātī (cōs. a. 259 a. Chr. n.), quī fuit pater avī Scīpiōnis Āfricānī (cōs. a. 205 et 194 a. Chr. n.)
Scīpiō -ōnis *m*

Multī rēgēs rērumque potentēs occidērunt

rērum potentēs : rērum dominī

Tū ipse poteris etiam aliquandō dīcere tibi: "Etiam bonus Ancus relīquit lūcem suīs oculīs: quī tamen, ō improbe!, fuit melior tē multīs rēbus. Deinde aliī complūrēs rēgēs, et dominī, quī imperāvērunt māximīs populīs, mortuī sunt. Etiam ille rēx – quī ōlim viam strāvit per mare magnum et iter aperuit legiōnibus suīs ut incēderent per pontum, et docuit trānsīre pedibus suprā altum et salsum pelagus, et, prōgrediēns super aquās, sprēvit strepitum Hellēspontī – cum eī ērepta sit lūx vītae, animam ē suō moribundō corpore ēmīsit. Scīpiō, fulmen bellī, et timor Carthāginis, reddidit ossa terrae, tamquam sī fuisset postrēmus servōrum. Adde eōs, quī invēnērunt doctrīnās et dēliciās huius vītae: adde sociōs Helicōniadum, ex quibus Homērus, quī ūnus erat potītus poētārum rēgnō, sōpītus est eōdem somnō, quō cēterī. Dēmum, ubi mātūra senectūs effēcit ut Dēmocritus animadverteret mōtūs mentis gradātim languēscere, ipse, sponte suā occurrēns, mortī caput praebuit. Epicūrus ipse mortuus est, exstīnctō lūmine vītae: ille, quī ingeniō vīcit hominum genus; quī omnēs

bonus Ancus : Ancus Mārcius

ille rēx : Xerxēs, rēx īnsignis Persārum (: gentis Asiae)
viam strāvit = viam mūnīre/facere

salsus -a -um = in quō est sāl

pelagus -ī *n* = mare
Hellēspontus -ī *m* = fretum inter Eurōpam et Asiam
Scīpiō : cognōmine "Āfricānus", Carthāginiēnsēs dēvīcit in bellō Pūnicō II (a. 202 a. Chr. n.)

Helicōniades -um *f* = Mūsae
Homērus -ī *m* = poēta Graecōrum māximus

languēscere = dēbilis fierī

con-terere = terere, frūstrā cōnsūmere
stertere = dormiēns sonitūs ēmittere (: alte dormīre)

inānis -e = inūtilis, vānus

obscūrōs fēcit, sīcut sōl in caelō obscūra facit sīdera, cum oritur. Tū vērō incertus cūnctāberis, et dolēbis morī, cum tibi vīvō ac videntī iam ferē mortua sit vīta? Tū, quī conteris māiōrem partem vītae tuae dormiendō? Tū, quī vigilāns stertis, neque dēsinis somnia vidēre, et habēs animum ānxium inānī metū? Neque plērumque potes invenīre quid malī habeās, cum, tamquam ēbrius, īnfēlīx, plūribus cūrīs ab omnī parte opprimeris, atque, iactātus dubiō errōre mentis, vagāris.

III, 1024-1052

tūte = tū ipse

Hoc etiam tibi tūte interdum dīcere possīs:

sīs = suīs

"Lūmina sīs oculīs etiam bonus Ancus relīquit,

in multīs rēbus melior quam tū

quī melior multīs quam tū fuit, improbe, rēbus.

rērum potentēs : quī potestātem in terrīs habuērunt

Inde aliī multī rēgēs rērumque potentēs

occiderunt = occidērunt
imperitāre = solēre imperāre

occiderunt, magnīs qui gentibus imperitārunt.

ipse : Xerxēs
quī viam strāvit deditque legiōnibus iter īre (: ut īrent) per altum *mare* ac docuit īre pedibus super salsās lacūnās

Ille quoque ipse, viam quī quondam per mare magnum
strāvit iterque dedit legiōnibus īre per altum

lacūna -ae *f* = lacus, fossa; salsās lacūnās : maria
contēmpsit murmura pontī (: strepitum maris) īnsultāns *in undās* equīs *exercitūs suī* | īn-sultāre (< in + saltāre) = salīre super
murmur -is *n* = strepitus
animam fūdit *ē* moribundō corpore

ac pedibus salsās docuit super īre lacūnās
et contēmpsit, equīs īnsultāns, murmura pontī,
lūmine adēmptō, animam moribundō corpore fūdit.

Scīpiadās -ae *m* : Scīpiō Āfricānus

Scīpiadās, bellī fulmen, Carthāginis horror,

proinde ac = tamquam sī
famul : famulus

ossa dedit terrae proinde ac famul īnfimus esset.

Adde repertōrēs doctrīnārum atque lepōrum,
adde Helicōniadum comitēs; quōrum ūnus Homērus
scēptra potītus eādem aliīs sōpītus quiētest.
Dēnique Dēmocritum postquam mātūra vetustās
admonuit memorēs mōtūs languēscere mentis,
sponte suā lētō caput obvius obtulit ipse.
Ipse Epicūrus obit dēcursō lūmine vītae,
quī genus hūmānum ingeniō superāvit et omnēs
restīnxit stēllās, exortus ut aetherius sōl.
Tū vērō dubitābis et indignābere obīre?
Mortua cui vīta est prope iam vīvō atque videntī,
quī somnō partem māiōrem conteris aevī,
et vigilāns stertis, nec somnia cernere cessās
sollicitamque geris cassā formīdine mentem
nec reperīre potes tibi quid sit saepe malī, cum
ēbrius urgēris multīs miser undique cūrīs
atque animī incertō fluitāns errōre vagāris."

repertor -ōris *m* (< reperīre) = quī repperit | lepos -ōris *m* = rēs pulchra, quae dēlectat
Helicōniadum comitēs : poētae
quōrum Homērus, *quī* ūnus scēptra (: sceptrō) *poētārum* potītus *est*, sōpītus est eādem quiēte aliīs (: quā aliī hominēs sōpītī sunt)
Dēmocritus -ī *m* = philosophus Graecus

memorēs mōtūs mentis : memoriās et cōgitātiōnēs

obvius lētō caput obtulit : sē interfēcit | lētum -i *n* = mors

obi*it*; ob-īre (mortem) : morī
dēcursō : exstīnctō

aetherius -a -um = quī in aethere versātur
dubitāre + *īnf* = cūnctārī
indignābere = indignāberis
tū, cui vīta prope (: paene) mortua est vīvō et videntī (: quamquam vīvis et vidēs)

aevī : temporis

cessāre = dēsinere
sollicitus -a -um = timōre et cūrīs affectus | sollicitam mentem
cassus -a -um = vanus, vacuus
formīdō -inis *f* = terror
tibi quid sit malī : quid patiāris

tamquam ēbrius
multīs cūrīs

fluitāre = (in summā aquā) iactārī; fluitāns : iactātus hūc illūc



Saepe pondus inest animīs

Sī hominēs possent cognōscere ex quibus causīs, et unde tanta mōlēs malōrum īnsit in animō, aequē ac videntur sentīre pondus malī (quod ipsōs suā gravitāte frangit) in pectore residēre, nōn aliō in locō: sī hoc, inquam, hominēs intellegere possent, nōn ita agerent vītam ut nunc: saepissimē enim cernimus eōs ignōrāre quid velint, et quaerere semper; vidēmus eōs commūtāre locum, tamquam sī, mūtātā sēde, possint dēpōnere onus, quō opprimuntur. Ille, quem pertaesum est esse domī, ēgreditur forās ex magnīs aedibus, at continuō domum redit, cum sentiat sibi nōn esse melius forīs. Tum properat ad vīllam agēns mannōs suōs, festīnāns valdē, quasi curat ad auxilium ferendum aedibus quae incendantur; sed, ubi prīmum tetigit ātria vīllae suae, statim ōscitat ob taedium, aut in gravem somnum lābitur, et cōnātur omnium rērum oblīvīscī, aut etiam, iterum festīnāns, urbem petit, eamque revīsit. Hōc modō hominēs sē ipsōs fugiunt: cum vērō sē ipsōs fugere nōn possint, etsī invītī, sibi ipsī haerent, sēque ipsī ōdērunt, quia, quamquam aegrōtī sunt, nesciunt causam morbī.

gravitās -ātis *f* < gravis
re-sidēre = sedēre, sēdem habēre

vītam agere = vīvere

com-mūtāre = mūtāre

taedere pertaesum esse

mannus -ī *m* = equus parvus ex Galliā

taedium -ī *n* < taedēre

haerēre = fixus esse, movērī nōn posse; + *dat* = manēre coniūnctus cum

III. 1053 - 1072

Sī possent hominēs, proinde ac sentīre videntur
pondus inesse animō, quod sē gravitāte fatīget,
ē quibus id fīat causīs quoque nōscere et unde
tanta malī tamquam mōlēs in pectore cōnstet,
haud ita vītam agerent, ut nunc plērumque vidēmus
quid sibi quisque velit nescīre et quaerere semper,
commūtāre locum, quasi onus dēpōnere possit.
Exit saepe forās magnīs ex aedibus ille,
esse domī quem pertaesumst, subitōque revertit,
quippe forīs nihilō melius quī sentiat esse.
Currit, agēns mannōs ad vīllam praecipitanter,
auxilium tēctīs quasi ferre ārdentibus īnstāns;
ōscitat extemplō, tetigit cum līmina vīllae,
aut abit in somnum gravis atque oblīvia quaerit,
aut etiam, properāns, urbem petit atque revīsit.
Hōc sē quisque modō fugit, at quem scīlicet, ut fit,
effugere haud potis est, ingrātīs haeret et ōdit
propterea, morbī quia causam nōn tenet aeger;
quam bene sī videat, iam, rēbus quisque relictīs,
nātūram prīmum studeat cognōscere rērum.

- proinde ac = aequē ac, eōdem modō ac
- sī possent hominēs nōscere ē quibus causīs id *pondus in animō* fīat
- tanta tamquam (: quasi) mōlēs malī
- vidēmus *hominēs* nescīre, et semper quaerere, quid quisque sibi velit
- quasi *quisque hōc modō*
- ille exit quem pertaesum *est* esse domī
- quippe quī = quī scīlicet, quoniam quippe quī sentiat sē esse nihilō melius forīs
- praecipitanter *adv* = ruēns, valdē festīnāns
- quasi īnstāns ferre auxilium tēctīs ārdentibus | īnstāns : properāns
- tetigit cum : cum prīmum tetigit
- abit in somnum gravis : cūrārum pondere oppressus, in somnum lābitur
- oblīvium -ī *n* < oblīvīscī | oblīvia quaerit : quaerit oblīvīscī omnium
- hōc modō sē quisque fugit
- at haeret *sibi*, quem effugere haud potis est (: potest) et ōdit *sē ipse*
- potis -e (*adi indēcl*) esse = posse
- ingrātīs *adv* ↔ sponte suā (= invītus)
- propterea quia (: quoniam) *etsī est* aeger nōn tenet (: scit) causam morbī
- quam *causam* | rēbus : negōtiīs
- prīmum studeat cognōscere nātūram rērum



LIBER IV


Dē amōris īnsāniā


Postquam multa de animīs perturbātīs amātōrum dīxit, Lucrētius haec scrībit: "Adde, quod iī quī amōre capiuntur cōnsūmunt vīrēs suās et labōribus ferē moriuntur; adde, quod tōtam vītam suam alterīus sub nūtū, quasi servī, agere cōguntur; neglegunt officia, ita ut etiam eōrum fāma, īnfīrmior facta, vacillet. Rēs interim lābitur, dum cōnficiuntur Babylōnia unguenta et pulchrī calceī splendent in pedibus fēminae quae amātur, et magnī smaragdī viridēs in ānulīs aureīs inclūduntur, et pretiōsa vestīmenta teruntur... Dīvitiae, quās patrēs bene parāverant,

amātor -ōris *m* = amāns

nūtus -ūs *m* = mōtus capitis (: signum agendī); alterīus sub nūtū : sub imperiō alterīus (: fēminae quae amātur)

vacillāre = incertō pede stāre
rēs (familiāris) : dīvitiae
Babylōnius -a -um < Babylōn
unguentum -ī *n* = māteria bonō odōre quā corpus per-funditur
smaragdus -i *m/f* = gemma pretiōsa
viridis -e = herbae colōre





mitra -ae *f*
anadēma -atis *n*

palla -ae *f* = pallium fēminae

corōna -ae *f* = orbis nexus flōrum/ gemmārum (*v. pāg.* 29)
voluptās -ātis *f* = quod dēlectat, dēliciae, rēs iūcunda (↔ dolor)

cōnscius -a -um : c. reī = quī rem scit, sciēns

ambiguus -a -um = quī potest significāre duās rēs; relinquere in ambiguō : incertum relinquere

īn-fīgere

āngere = cruciāre, turbāre

amor mūtuus : amor in quō quī amat amatur

innumerābilis -e = quī numerārī non potest

il-licere = allicere


plaga -ae *f* = rēte
per-rumpere
nōdus -ī *m* 

pereunt, et fiunt anadēmata, mitrae; hērēdēs, amōre cuiusdam fēminae flagrantēs, eās dīvitiās vertunt in pallās, aliaque nimis magnifica vestīmenta. Ipsī, magnificā veste indūtī, et cibum appōnentēs magnī pretiī, parant convīvia, lūdōs, corōnās, multa pōcula... sed omnia frūstrā, quia, in mediīs voluptātibus ipsīs, exoritur aliquid amārum, quod animum turbet cūrāque afficiat: aut enim eum, quī hōc modō vītam remque suam perdit, factum sibi cōnscium, paenitet tōtum tempus terere in nimiīs voluptātibus et turpī ōtiō; aut dolet, quod fēmina, cuius amōre ārdet, postquam verbum quoddam iēcit, in ambiguō sententiam relīquit; quod verbum, quasi sagitta ex arcū ēmissa et in cupidō corde īnfīxa, incipit flagrāre ut ignis, quō animus cōnsūmitur. Aut etiam āngitur, quod arbitrātur fēminam nimium iactāre oculōs et alium virum spectāre, vel in eius ōre videt aliqua vestīgia rīsūs. Et haec accidunt in amōre mūtuō et admodum secundō; in adversō vērō et miserō innumerābilia sunt, quae etiam oculīs clausīs quisquis intellegere potest: ita ut multō melius sit vigilāre et cavēre nē illiciāmur amōre nēve in haec mala incidāmus. Nam vītāre nē in rētia Amōris coniciāmur, nōn est tam difficile, quam līberārī sī forte plagā implicātus sīs, et perrumpere dūrōs nōdōs Veneris.

IV.1121-1148

Adde quod absūmunt vīrēs pereuntque labōre;
adde quod alterius sub nūtū dēgitur aetās,
languent officia atque aegrōtat fāma vacillāns.
Lābitur intereā rēs et Babylōnia fīunt
unguenta et pulchra in pedibus Sicyōnia rīdent,
scīlicet et grandēs viridī cum lūce smaragdī
aurō inclūduntur teriturque thalassina vestis
....
Et bene parta patrum fīunt anadēmata, mitrae,
interdum in pallam atque Alidēnsia Cīaque vertunt.

adde quod amātōrēs absūmunt
alterīus
dēgere (< dē + agere) = agere; dēgere aetātem = vītam agere
languēre = vīribus carēre
languent officia : hominēs oblīvīscuntur officiōrum
et *divitiae* B. unguenta fiunt : pecunia perit emendō B. unguenta
pulchra Sicyōnia : pretiōsī calceī Graecī (< Sicyō -ōnis *f*, urbs Graeciae)
grandis -e = magnus
grandēs smaragdī
thalassinus -a -um = colōre maris
bene parta patrum : (dīvitiae) bene parātae ā māiōribus
interdum amātōrēs vertunt *divitiās ā patribus sibi lēgātās*
Alidēnsia Cīaque : vestēs pretiōsae ex Asiae urbe Alindā et ex Graecā īnsulā Cīa,



serta parantur

Eximiā veste et vīctū, convīvia, lūdī,
pōcula crēbra, unguenta, corōnae, serta parantur,
nēquīquam, quoniam mediō dē fonte lepōrum
surgit amārī aliquid, quod in ipsīs flōribus āngat,
aut cum cōnscius ipse animus sē forte remordet
dēsidiōsē agere aetātem lūstrīsque perīre,
aut quod in ambiguō verbum, iaculāta, relīquit,

veste : ornamentīs
vīctus -ūs *m* = cibus
crēbra : multa
serta -ōrum *n pl*
lepōs -ōris *m* = voluptās
in ipsīs flōribus : in mediīs voluptātibus | *animum* āngat
animus sē remordet putāns sē dēsidiōsē agere aetātem (: vītam)
re-mordēre = āngere cūrīs
dēsidiōsus -a -um = piger; dēsidiōsē : in turpī otiō
lūstrum -ī *n* = locus sordidus nimiae voluptātis; nimia voluptās
quod *fēmina quae amātur*, iaculāta verbum, relīquit in ambiguō
iaculārī = iacere, ēmittere

quod cupidō affīxum cordī vīvēscit ut ignis,
aut nimium iactāre oculōs aliumve tuērī
quod putat, in vultūque videt vestīgia rīsūs.
Atque in amōre mala haec propriō summēque secundō
inveniuntur; in adversō vērō atque inopī sunt,
prendere quae possīs oculōrum lūmine opertō
innumerābilia; ut melius vigilāre sit ante,
quā docuī ratiōne, cavēreque, nē illiciāris.
Nam vītāre plagās in amōris nē iaciāmur,
nōn ita difficile est quam, captum, rētibus ipsīs
exīre et validōs Veneris perrumpere nōdōs.

af-fīgere (< ad) | vīvēscere = incipere vīvere (: flagrāre)

aut quod putat *fēminam* nimium iactāre oculōs

in vultūque : et in vultū

haec mala inveniuntur in amōre propriō (: amōre mūtuō)
in adversō et inopī amōre sunt mala quae pre*he*ndere (: vidēre) possīs oculōrum lūmine opertō (: oculīs clausīs)
inops -opis *adi* = pauper, mīser

ita ut | vigilāre : sē cūstōdīre contrā perīcula
ante : ante quam amēs

quā docuī ratiōne : illā ratiōne quam docuī

vītāre nē iaciāmur in plagās amōris

ita… quam = tam… quam
rētibus ipsīs = ex mediīs rētibus




Et implicitus possīs effugere īnfēstum amōrem

Attamen etiam implicitus et impedītus possīs fugere ā nefāstō amōre, nisi tū ipse tibi obstēs, et neglegās omnia vitia animī aut corporis eius fēminae, quam cupis et appetis. Hominēs enim, factī caecī cupiditāte, saepe rēs falsās sēcum reputant et tribuunt hīs fēminīs eās virtūtēs, quās rē vērā illae nōn habent.

at-tamen = tamen
ob-stāre + *dat* = īre prohibēre
ap-petere (< ad-) cupidē petere
tribuere -uisse -ūtum = dare

Multīs igitur ratiōnibus cernimus improbās et foedās in dēliciīs esse et summō honōre habērī. Atque aliī dērīdent aliōs, suādentque ut mītigent suōs affectūs, dīcentēs eōs turpī amōre afficī, neque, miserī, plērumque respiciunt sua mala, quae sunt māxima. Fēmina nigrō colōre corporis est eīs "mellis colōre"; sordida et male olēns est "acosmos"; quae viridēs habet oculōs est "Minervae simulācrum", gracillima et dūra est quasi "dorcas"; quae parva est et pūmiliō, vocātur ab amante "ūna ex Grātiīs, tōta pūrum sāl"; ingēns



olēre = odōrem ēmittere
acosmos -on *adi Gr.* = nōn ōrdinātus, sine ōrnāmentīs
viridis -e = herbae colōre

dorcas -adis *f* | pūmiliō -ōnis *m/f* = homō brevissimus corpore
Grātia -ae *f* = ūna ex tribus deābus pulchritūdinis

immānis -e = ingēns, māximus

balbus -a -um = quī nōn potest bene loquī

loquācitās -ātis *f* < loquī

macer -cra -crum ↔ crassus

tussis -is *f* = morbus faucium

ūbera -um *f pl* = pectus mulieris

Iacchus -ī *m* = Bacchus (quem quīdam Cereris fīlium esse dīcēbant) | sīmulus -a -um = quī nāsum plānum habet

sīlēnus -ī *m* / satyrus -ī *m* / satyra -ae *f* = Bacchī comitēs



nempe = scīlicet, certē

cachinnāre (< cachinnus) = rīdēre


sertum -ī *n* = flōrum catēna (*v. pāg.* 81)

unguere = *unguentō* perfundere

unguentum -ī *n* | *unguentō* amāracinō | amāracinus -a -um < *amāracus -ī m/f* : herba bene olēns

corpore et immānis appellātur "admīranda et augusta". Sī est balba neque potest loquī, dīcunt eam "pīpiāre"; sī est omnīnō mūta, eam "pudīcam" vocant; ea vērō quae nōn tolerandā loquācitāte ārdet est "ignis flagrāns". "Rēs amanda et tenuis" fit cum adeō macra est, ut vīvere vīx possit; "gracilis" vērō, sī iam est paene mortua tussī; quae autem nimis fōrmōsa et magnīs ūberibus est, dīcitur "Cerēs ipsa post Iacchum nātum"; quae simula est, appellātur "Sīlēna et satyra", et ea quae tumida habet labra nōminātur "tōtum ōsculum". Longum erit sī reliqua omnia temptem dīcere nōmina, quibus virī appellant fēminās, quās amant.

Etiam sī tamen fēmina sit pulchritūdine faciēī quantā libet, ita ut ex omnibus eius membrīs exoriātur vīs Veneris, hoc oportet cōgitāre: "Nempe aliae quoque sunt; certē anteā vīximus sine hāc; certē haec quoque fēmina eadem facit (et scīmus eam haec facere!) quae aliae fēminae turpēs faciunt; et ipsa sē aspergit odōribus, et ancillae ipsae ab eā fugiunt et clam cachinnant.



Et vir quī amat, saepe, flēns, prohibitus ā fēminae domō, flōribus et sertīs operit līmen, et forēs, quibus superbē exclūditur, unguit amāracinō et, miser, dat ōscula iānuae. Attamen, sī forte admittātur et, cum iam sit in interiōre domō, ūna tantum aura percusserit eum ingredientem et odōrem ad eius nāsum attulerit, sine dubiō quaeret honestās

causās ut discēdat et lāmentātiō saepe repetīta et exoriēns ex intimō animō subitō fīnem habēbit, et continuō sē ipse accūsābit stultitiae, quod clārē vidēbit sē illī fēminae tribuisse plūs quam iūstum est concēdere mortālī.

concēdere : (rem alicui) c. = (sponte) dare, tribuere (id quod poscitur)

Neque hoc ignōrant fēminae, quās virī amant: quamobrem ipsae magis summō opere omnia quae post scaenam vītae fīunt occultant, neque mōnstrant iīs, quōs volunt sibi vincīre et amōris catēnīs tenēre alligātōs; at frūstrā, quia tū animō poteris cūncta haec in lūcem extrahere et quaerere omnēs causās cūr eās rīdeāmus; sī vērō fēmina pulchrum habeat animum neque odiōsa sit, melius erit praetermittere vitia et ignōscere hūmānīs rēbus.

summō opere : māximō labōre

al-ligāre

ex-trahere

odiōsus -a -um = quī odium merētur

IV. 1149-1191

Et tamen implicitus quoque possīs inque pedītus
effugere īnfēstum, nisi tūte tibi obvius obstēs
et praetermittās animī vitia omnia prīmum
aut quae corporis sunt eius, quam praepetis ac vīs.
Nam faciunt hominēs plērumque, cupīdine caecī,
et tribuunt ea quae nōn sunt hīs commoda vērē.
Multimodīs igitur prāvās turpēsque vidēmus
esse in dēliciīs summōque in honōre vigēre.
Atque aliōs aliī irrīdent veneremque suādent

inque pedītus = et impedītus

īnfēstum *amōrem*
tū-te = tū ipse

omnia animī vitia

aut *vitia* | eius *feminae*
prae-petere = petere ante aliōs, cupidē petere

nam *ita* faciunt

hīs *fēminīs* ea commoda (: virtūtēs) quae vērē nōn sunt

multimodīs *adv* = multīs modīs
prāvās et turpēs *fēminās*

vigēre = valēre

aliī *amantēs* irrīdent aliōs
ir-rīdēre = rīdēre, dērīdēre
venerem : ārdōrem amōris

ut plācent, quoniam foedō afflīctentur amōre,
nec sua respiciunt, miserī, mala māxima saepe.
Nigra "melichrūs" est, immunda et
fētida "acosmos,"
caesia "Palladium", nervōsa et lignea "dorcas",
parvula pūmiliō, "charitōn mia, tōta merum sāl",
magna atque immānis "cataplēxis plēnaque honōris".
balba loquī nōn quit – "traulīzī"; mūta "pudēns" est;
at flagrāns odiōsa loquācula "lampadium" fit.
"Ischnon erōmenion" tum fit, cum vīvere non quit
prae maciē; "rhadinē" vērō est iam mortua tussī;
at nimia et mammōsa "Cerēs" est "ipsa ab Iacchō",
sīmula "Sīlēna ac satyra est", labeōsa "philēma".
Cētera dē genere hōc longum est sī dīcere cōner.
Sed tamen estō iam quantō vīs ōris honōre,
cui Veneris membrīs vīs omnibus exoriātur;
nempe aliae quoque sunt; nempe hāc sine
vīximus ante;
nempe eadem facit – et scīmus facere – omnia turpī
et miseram taetrīs sē suffit odōribus ipsa,
quam famulae longē fugitant fūrtimque cachinnant.
At lacrimāns, exclūsus amātor līmina saepe

ut plācent (< plācāre) : ut mītigent
afflīctāre = assiduē ad dēspērātiōnem addūcere
sua māxima mala

nigra *fēmina*
melichrūs *adi Gr.* = colōre mellis
immundus -a -um ↔ mundus

fētidus -a -um = foedē olēns

caesius -a -um = quī oculōs viridēs habet | Palladium -ī *n* = simulācrum Minervae | nervōsus -a -um ↔ mollis | lignea : dūra

charitōn mia Gr. = Grātiārum ūna

cataplexis -is *f* = rēs admīranda (*Gr.*) : rēs quam hominēs admīrantur

traulīzī Gr. : inconditē loquitur; pīpiat ut avis
odiōsa *et* loquācula | loquāculus -a -um = quī nimium loquitur
lampadium -ī *n* = parvula lampas

ischnon erōmenion Gr. : tenuis rēs amāta

maciēs -ēī *f* < macer
rhadinē -ēs *f* : macra, tenera
ea quae est iam (: paene) mortua
mammōsus -a -um < mamma (: pectus mulieris)
ab Iacchō : post Iacchum nātum
labeōsus -a -um = quī labra magna habet | *philēma -atos n Gr.* = bāsium, ōsculum
longum est sī cōner dīcere cētera
dē genere hōc (: huius generis)
estō : etiam sī *fēmina* est
quantō vīs ōris honōre : magnā pulchritūdine ōris

cui (: cuius) *ex* omnibus membrīs

hāc sine : sine hāc *feminā*

turpī : *quae facit* turp*is fēmina*

ipsa sē miseram suffit taetrīs odōribus | suffīre = respergere (fumō et odōribus)
quam : et eam | fugitāre = festīnāns fugere | fūrtim *adv* = fūris modō, velut fūr, clam
ex-clūdere ↔ admittere
amātor -ōris *m* = quī amat, amāns

flōribus et sertīs operit, postēsque superbōs
unguit amāracinō et foribus, miser, ōscula fīgit;
quem sī, iam admissum, venientem offenderit aura
ūna modō, causās abeundī quaerat honestās
et meditāta diū cadat altē sūmpta querēlla
stultitiāque ibi sē damnet, tribuisse quod illī
plūs videat quam mortālī concēdere pār est.
Nec Venerēs nostrās hoc fallit; quō magis ipsae
omnia summō opere hōs vītae postscaenia cēlant,
quōs retinēre volunt adstrictōsque esse in amōre,
nēquīquam, quoniam tū animō tamen omnia possīs
prōtrahere in lūcem atque omnēs inquīrere rīsūs
et, sī bellō animōst et nōn odiōsa, vicissim
praetermittere et hūmānīs concēdere rēbus.

postēs -ium *m pl* = forēs, iānua
postēs superbōs : p. fēminae superbae
fīgit : dat

quem sī : sī vērō eum (: amātōrem)
iam : tandem

of-fendere -fendisse -fēnsum = laedere (animum), displicēre
sī modō ūna aura (: odor fēminae) offenderit eum, iam admissum, venientem *in interiōrem domum*
meditārī = cōgitāre (dē), in animō habēre; querēlla diū meditāta : q. quae diū in animō *habēbātur*
et altē sūmpta : extrācta ex intimō animō
stultitiā sē damnet : accūset sē stultitiae
quod videat *sē* tribuisse illī *fēminae* plūs quam pār (: iūstum) est
Venerēs nostrās : fēminās amātās
hoc mē fallit : hoc ignōrō
quō : quā dē causā
ipsae cēlant omnia postscaenia vītae (: suōs turpēs mōrēs occultōs) hōs quōs… | rem cēlāre aliquem : rem nōn patefacere alicui | postscaenium -ī *n* = quod est post scaenam
ad-stringere = vincīre

omnēs rīsūs : omnēs causās rīdendī
inquīrere = quaerere

sī bellō animō *est* : sī *fēmina* bellum (: pulchrum) animum habet
vicissim *adv* = contrā
praetermittere : nōn omnēs mōrēs eius explōrāre
concēdere : ignōscere, parcere



LIBER V

Nātūra rērum nōn est facta in ūsum hominum

"Etiam sī – ait Lucrētius – ignōrem quae sint prīmōrdia rērum, ausim tamen hoc dēmōnstrāre ex ipsīs ratiōnibus caelī et hoc dīcere ex multīs aliīs causīs: nātūram rērum nōn esse prōcreātam ā deīs in nostrum ūsum, adeō praedita est rēbus adversīs. Prīmum eius spatiī, quod ingēns orbis caelī obtegit, avidam partem tenent montēs et silvae, ubi fera animālia habitant; etiam rūpēs, ingentēs palūdēs et mare, quod fīnēs terrārum lātē complectitur nōn parvam partem occupant. Ex eō porrō ārdor fervidus et cāsus gelī continuus tollunt hominibus ferē aliās duās partēs. Id tamen, quod restat agrōrum, nātūra suā vī malīs herbīs obdūceret, nisi industria hominum obstāret, cōnsuēta, vīvendī causā, labōrāre dūrō bidente et proscindere terram pressīs arātrīs.

prīmōrdia rērum : prīncipia omnium rērum
ausim : audeam

praeditus -a -um + *abl* : rē p. = rem habēns


ob-tegere = tegere
avidus -a -um = valdē cupidus; avidam partem : magnam partem (: partem avidē occupātam)


lātē *adv* < lātus -a -um
porrō *adv* = deinde, praetereā
fervidus -a -um (< fervere) = calidissimus | cāsus -ūs *m* < cadere
gelum -ī *n* : nix | tollere = adimere

ob-dūcere = tegere, operīre

cōnsuētus -a -um = quī solet

bidēns -entis *m*
pro-scindere





fēcundus -a -um = fertilis
vōmer -eris *m*
glēba -ae *f* = parva mōlēs terrae
sub-igere -ēgisse -āctus : s. terram = terram movēre et vertere (arātrō)
ex-sistere = surgere, crēscere

frondēre = frondēs efferre
flōrēre -uisse < flōs
aetherius -a -um < aether
fervor -ōris *m* = calor magnus
pruīna -ae *f* = quasi nix, quae hieme, nocte frīgidā, terram operit
violentus -a -um = quī vī ūtitur, ferōx

immātūrus -a -um (↔ mātūrus) = qui ante tempus fit

vītālis -e = quī adiuvat ad vītam dandam aut retinendam
alvus -ī *f* = venter
nīxus -ūs *m* = labor
lūgubris -e = valdē trīstis
re-stāre = superesse

crepitācilla -ōrum *n pl*

loquēlla -ae *f* = sermo


tūtārī = semper tuērī

Nisi excitārēmus fēcundam terram ad frūgēs gignendās, vertentēs vomere fertilēs glēbās, et subigentēs solum terrae, nōn possent frūgēs vī suā exsistere ē terrā in clārās aurās. Sed aliquandō, cum iam rēs omnēs parātae magnō labōre ubīque frondent ac flōrent, tunc vel sōl aetherius ūrit illās magnīs suīs fervōribus, vel imbrēs repentīnī eās perdunt, et frīgidae pruīnae aut ventī flantēs quatiunt eās violentō impetū. Deinde quārē nātūra nūtrit et auget horrendum genus ferārum in terrā et in marī, quae inimīcae sunt generī hūmānō? Quārē tempora annī afferunt morbōs? Cūr mors immātūra vagātur? Praetereā etiam puer iacet nūdus in terrā, sīcut nauta ēiectus violentīs undīs, loquī nesciēns, egēns omnī auxiliō vītālī, cum prīmum nātūra eum ēmittit ex alvō mātris magnō nīxū, et implet locum flētū lūgubrī, sīcut iūstum est eī, cui tot ac tanta mala restant superanda in vītā. Varia tamen animālia, pecora et ferae, crēscunt, neque eīs opus est crepitācillīs ad ludendum, neque ūllī adhibenda est dulcis et continua loquēlla nūtrīcis alentis, nec quaerunt sibi variās vestēs prō dīversīs temporibus caelī; dēmum nōn eīs opus est armīs, aut mūrīs altīs, quibus tūtentur suās rēs, quoniam ipsa terra et nātūra, parēns rērum, omnia necessāria iīs omnibus largītur.


crepitācilla

V.195-234

Quod sī iam rērum ignōrem prīmōrdia quae sint,
hoc tamen ex ipsīs caelī ratiōnibus ausim
cōnfīrmāre aliīsque ex rēbus reddere multīs:
nēquāquam nōbīs dīvīnitus esse parātam
nātūram rērum: tantā stat praedita culpā.
Prīncipiō, quantum caelī tegit impetus ingēns,
inde avidam partem montēs silvaeque ferārum
possēdēre, tenent rūpēs vāstaeque palūdēs
et mare, quod lātē terrārum distinet ōrās.
Inde duās porrō prope partēs fervidus ārdor
adsiduusque gelī cāsus mortālibus aufert.


sentis

Quod superest arvī, tamen id nātūra suā vī
sentibus obdūcat, nī vīs hūmāna resistat,
vītāī causā validō cōnsuēta bidentī
ingemere et terram pressīs prōscindere arātrīs.
Sī nōn fēcundās vertentēs vōmere glēbās
terrāīque solum subigentēs cīmus ad ortūs,
sponte suā nequeant liquidās exsistere in aurās.
Et tamen interdum magnō quaesīta labōre

etiam sī ignōrem quae sint prīmōrdia rērum

cōnfīrmāre et reddere (: dēmōnstrāre) ex ipsīs ratiōnibus caelī et ex multīs aliīs rēbus | cōn-fīrmāre = affīrmāre, certō statuere

nam rērum nātūra stat (: est) praedita tantā culpā (: tot rēbus adversīs)

quantum *spatium* impetus ingēns (: magnus et celer orbis) caelī tegit

inde (: illīus) avidam partem possēd*ērunt* montēs et silvae

aliam partem tenent...

distinet ōrās terrārum
dis-tinēre = dīvidere

prope (: ferē) duās partēs *ē tribus*

Quod arvī (: ex arvīs) superest, id tamen...

sentis -is *m* | nī = nisi
vīs quae est cōnsuēta ingemere validō bidentī et *est cōnsuēta* prōscindere terram pressīs arātrīs vīt*ae* causā (: ad vīvendum) | -āī = -ae
in-gemere + *dat*

cīre / ciēre = excitāre
Sī nōn cīmus ad ortūs *frūgum* fēcundās glēbās, *eās* vertentēs vomere
frūgēs nequeant
liquidus -a -um = clārus, lūcēns


cum iam omnia, *quae sunt* quaesīta magnō labōre

cum iam per terrās frondent atque omnia flōrent,
aut nimiīs torret fervōribus aetherius sōl
aut subitī perimunt imbrēs gelidaeque pruīnae
flābraque ventōrum violentō turbine vexant.
Praetereā genus horriferum nātūra ferārum
hūmānae gentī īnfēstum terrāque marīque
cūr alit atque auget? Cur annī tempora morbōs
adportant? Quārē mors immātūra vagātur?
Tum porrō puer, ut saevīs prōiectus ab undīs
nāvita, nūdus humī iacet, īnfāns, indigus omnī
vītālī auxiliō, cum prīmum in lūminis ōrās
nīxibus ex alvō mātris nātūra profūdit,
vāgītūque locum lūgubrī complet, ut aequumst
cui tantum in vītā restet trānsīre malōrum.
At variae crēscunt pecudēs armenta feraeque
nec crepitācillīs opus est nec cuiquam adhibendast
almae nūtrīcis blanda atque īnfrācta loquella
nec variās quaerunt vestēs prō tempore caelī,
dēnique nōn armīs opus est, nōn moenibus altīs,
quī sua tūtentur, quandō omnibus omnia largē
tellūs ipsa parit nātūraque daedala rērum.

tunc aut aetherius sōl nimiīs fervōribus torret, aut subitī imbrēs perimunt…

per-imere -ēmisse -emptum = perdere

flābra -ōrum *n pl* = impetūs ventōrum | turbō -inis *m*
praetereā, cūr nātūra alit atque auget *in* terrā et marī horriferum genus ferārum, *quod est* īnfēstum hūmānae gentī? | horrifer -era -erum = horrendus



turbō

tum porrō puer, *ita* ut nāvita (= nauta) ab undīs saevīs prōiectus…
nāvita -ae *m* = nauta
indigus -a -um + *abl* = egēns
cum prīmum *eum* in ōrās lūminis (: in vītam) ex alvō mātris *magnīs* nīxibus nātūra profūdit

locum vāgītū lūgubrī complet
aequum = iūstum
ut aequum *est eī*, cui…

tantum malōrum (: tanta mala)

variae : multae ac dissimilēs

eīs animālibus opus est nec cuiquam *eōrum* adhibenda *est*

almus -a -um = quī alit
īn-frāctus -a -um (↔ frāctus) = continuus, sine intevallō
nec *animālia* quaerunt variās vestēs prō tempore caelī (: secundum tempestātem)

dēnique *animālibus* nōn opus est

quī = quibus | sua : suās rēs
quandō (: quoniam) tellūs ipsa nātūraque daedala rērum omnia largē pari*unt*
daedalus -a -um = artis plēnus / arte cōnfectus; nātūra d. rērum = nātūra opifex rērum, parēns omnium rērum



Dē prīmā orbis terrārum aetāte dē hominibus prīscīs

Terra quoque antīquissimīs temporibus temptāvit prōcreāre multa mōnstra, quae nāta sunt corpore vultūque mīrābilī: exemplī causā, androgynem, quī est inter virum et fēminam, sed neuter est et utrīque dissimilis; alia mōnstra, partim carentia pedibus, partim vērō viduāta manibus. Plūra quoque inventa sunt carentia oculīs, sine ōre et vōce, et sine vultū. Alia autem inventa sunt ita impedīta adhaesū membrōrum per tōtum corpus ut nihil possent facere, neque prōgredī in quemquam locum, neque fugere malum, neque capere rēs sibi ūtilēs ad vītam. Terra autem prōcreābat frūstrā mōnstra ac portenta huius generis, quoniam nātūra prohibuit auctum, neque potuērunt pervenīre ad aetātem cupītam, neque invenīre cibum, neque gignere fīliōs.

androgynē -is *m* = homō quī habet partēs et virī et fēminae

dissimilis + *dat*
partim… partim… = aliī… aliī…
viduāre (aliquem rē/reī) = (alicui rem) ēripere, adimere; viduāta manibus : sine manibus; quae āmīsērunt manūs


adhaesū membrōrum : membrīs inter sē coniūnctīs
ad-haesus -ūs *m* < ad-haerēre

portentum -ī *n* = rēs mīrābilis contrā nātūram facta, prōdigium
auctus -ūs *m* < augēre
cupere -ivisse -ītum
cupītus = optātus

Itaque oportet plūrima genera animantium iam tum periisse, nec potuisse augēre prōlem suam,

animāns -antis *n* = animal
prōlēs -is *f* = stirps, fīliī/fīliae

pro-pāgāre = spargere; p. prōlem : maiōrem facere prōlem
vītālis -e < vīta
celeritās -ātis *f* < celer
tūtārī -ātum esse = tuērī
re-servāre
tūtēla -ae *f* = cūra
ūtilitās -ātis *f* < ūtilis
prīncipiō *adv* = prīmum
vulpēs -is *f*



veterīnus -a -um = quī vehit
būcerus -a -um = quī cornua bovis gerit
pābulum largum : magna cōpia pābulī
tribuere -uisse -ūtum = praebēre
fātālis -e = fātō cōnstitūtus
interitus -us *m* < interīre
redigere -ēgisse -āctum (< agere) : dūcere

eam propāgandō. Nam omnia quae vidēs āere vītālī fruī, vel dolus, vel fortitūdō, vel celeritās tūtāta est ab ortū, ita servāns genus eōrum. Et plūrima animālia sunt nostrae tūtēlae data, quae restant commissa nōbīs propter suam ūtilitātem. Prīncipiō enim fortitūdō servāvit crūdēle genus leōnum eōrumque saevam prōlem, tum dolus cōnservāvit vulpēs, dēnique celeritās in fugiendō tūtāta est cervōs. Vērum canēs, quī vigilēs ac fidī sunt, et omne animal quod nātum est dē genere veterīnō, et etiam pecudēs, quae lānam ferunt, et genera būcera: Haec omnia animālia sunt mandāta nostrae tūtēlae! Nam fugam ā saevīs ferīs cupīvērunt et quiētem atque pābulum largum sine suō labōre acceptum quaesīvērunt: quae omnia eīs largīmur tamquam mercēdem propter ūtilitātem eōrum. Sed cūr sinerēmus in nostrā tūtēlā vīvere et tūta esse illa animālia quibus Nātūra nihil tribuit, neque ut ipsa per sē vīvere, neque ut nōbīs ūtilitatem quandam dare possent? Itaque haec omnia animālia erant aliīs cibus et iacēbant impedīta vinculīs fātālibus, dōnec Nātūra genus eōrum ad interitum redēgit.

V. 837-877

multa portenta
cōnāta *est*
coorta : nāta
sīcut androgynem *quī est* inter utrāsque *nātūrās* (: virī et fēminae) | nec utrum = sed neutrum (: nec vir nec femina) *est* utrimque remōtum : et procul abest ab utrōque

Multaque tum tellūs etiam portenta creāre
cōnātast mīrā faciē membrīsque coorta:
Androgynem, inter utrāsque nec utrum utrimque remōtum;

orba pedum partim, manuum viduāta vicissim.
Mūta sine ōre etiam, sine vultū caeca reperta,
vīnctaque membrōrum per tōtum corpus adhaesū,
nec facere ut possent quicquam nec cēdere quōquam
nec vītāre malum nec sūmere quod foret ūsūs.
Cētera dē genere hōc mōnstra ac portenta creābat
nēquīquam, quoniam nātūra absterruit auctum
nec potuēre cupītum aetātis tangere flōrem
nec reperīre cibum nec iungī per Veneris rēs.

....

Multaque tum interiisse animantum saecla necessest
nec potuisse propāgandō prōcūdere prōlem.
Nam quaecumque vidēs vēscī vītālibus aurīs,
aut dolus aut virtūs aut dēnique mōbilitās est
ex ineunte aevō genus id tūtāta reservāns;
multaque sunt, nōbīs ex ūtilitāte suā quae
commendāta manent, tūtēlae trādita nostrae.
Prīncipiō genus ācre leōnum saevaque saecla
tūtāta'st virtūs, vulpēs dolus et fuga cervōs.
At levisomna canum fīdō cum pectore corda,
et genus omne quod est veterīnō sēmine partum
lānigeraeque simul pecudēs et būcera saecla

et alia portenta partim orba pedum, vicissim viduāta manuum
orbus -a -um (+*gen* / *abl*) : carēns
vicissim *adv* = partim
etiam reperta *sunt portenta* mūta... caeca...
vīnctaque adhaesū membrōrum per tōtum corpus *ita* ut
quōquam *adv* = in ūllum locum
quod foret ūsūs : quod esset ūtile
dē genere hōc : huius generis
creāre = prōcreāre
nēquīquam *adv* = frūstrā
abs-terrere -uisse -itum = prohibēre
nec potu*ērunt* tangere (: cōnsequī) cupītum flōrem aetātis
per Veneris rēs : corporibus (ad prōcreandum)

et tum necesse *e*st multa saec*u*la animant*i*um (: prōlēs et genera animālium) interiisse
prō-cūdere = prōcreāre
nam aut dolus aut virtūs aut mōbilitās est tūtāta genus *eōrum animālium*, quaecumque vidēs vēscī vītālibus aurīs (: animam dūcere) reservāns id *genus* ex ineunte aevō (: inde ab ortū)
mōbilitās -ātis *f* = celeritās
aevum -ī *n* = aetās
multaque sunt trādita nostrae tūtēlae, quae ex suā ūtilitāte nōbīs commendāta manent
commendāre -āvisse -ātum = committere
prīncipiō virtūs (: vīs) tūtāta *e*st genus ācre et saeva saec*u*la (: genera) leōnum, dolus *tūtātus est* vulpēs, fuga (: mōbilitās) *tūtāta est* cervōs
at corda levisomna canum cum fīdō pectore suō | levi-somnus -a -um = quī levī somnō capitur (: vigilāns)
quod est partum *ē* veterīnō sēmine,
simul *et* pecudēs lānigerae (: quae lānam gerunt) et būcera saec*u*la (: genera) | lāniger -ra -rum

haec omnia, *ō* Memmī, sunt trādita tūtēlae hominum

cupidē *adv* < cupidus
fūg*ērunt*

larga pābula parta (: impetrāta) sine suō labōre

quae *ut* praemia damus *iīs*, eōrum ūtilitātis causā.

quīs (= quibus) | nīl = nihil
hōrum : hārum rērum


nec ut possent vīvere, nec *ut possent* dare

quārē paterēmur genus eōrum *animālium*

haec animālia iacēbant praedae et lucrō (*dat* : quasi praedae et in commodum) aliīs (: aliōrum)

indupedīta suīs vinc*ul*īs fātālibus : impedīta catēnīs Fātī

omnia sunt hominum tūtēlae trādita, Memmī !
Nam cupidē fūgēre ferās pācemque secūta
sunt et larga suō sine pābula parta labōre,
quae damus ūtilitātis eōrum praemia causā.
At quīs nīl hōrum tribuit Nātūra, nec ipsa
sponte suā possent ut vīvere, nec dare nōbīs
ūtilitātem aliquam, quārē paterēmur eōrum
praesidiō nostrō pāscī genus esseque tūtum?
Scīlicet haec aliīs praedae lucrōque iacēbant
indupedīta suīs fātālibus omnia vinclīs,
dōnec ad interitum genus id Nātūra redēgit.



Cūr mōnstra esse nōn possint

Vērum Centaurī numquam fuērunt neque umquam animālia duābus nātūrīs et bīnā fōrmā nāscī potuērunt. Ex hāc rē omnibus, etiam hīs quī hebetī ingeniō sunt, licet intelligere cūr rōbur compāctum ex membrīs aliēnigenīs nōn possit utrimque pār esse: prīmum quia equus circiter tribus exāctīs annīs flōret, puer vērō nōn eōdem tempore; immō plērumque etiam post trēs annōs dormiēns quaerit ūbera mātris lactantia. Deinde propter eā quod, cum vīrēs ac valētūdō equum senēscentem dēficiunt vītaque languida ē corpore eius discēdere vidētur, tum dēmum iuventūs incipit puerō flōrentī eiusque mālae mollī barbā operiuntur. Itaque nē cāsū putāveris posse cōnficī

bīnus -a -um : duplex

hebes -etis *adi* = stultus
rōbur -oris *n* = vīs in corpore
com-pingere -pēgisse -pāctus (< pangere) = partēs cōgere in ūnam rem
aliēnigenus -a -um = quī ad aliēnum genus pertinet
flōrēre -uisse (< flōs) = māximam vim recipere

lactāns -antis (< lactāre) = quī lac effert

dēficere + *acc* : dēficiunt equum = abeunt ex corpore equī | languidus -a -um = dēbilis, īnfīrmus

māla -ae *f* = gena (*v. pāg.* 25)

Centaurōs ex sēmine hominis et equī, quod est animal veterīnum; aut Scyllās, quae alteram corporis partem succīnctam canibus furentibus, alteram vērō piscī similem habent, aut alia huius generis, quōrum membra inter sē discordia esse vidēmus. Nam ea omnia neque eōdem tempore crēscunt, flōrent et senēscunt; neque ārdēscunt eōdem amōre; neque mōribus conveniunt. Immō nōn prōsunt corporibus dissimilibus eadem: quippe licet vidēre caprās nūtrīrī cicūtā, quae herba est venēnum hominibus. Vērum tamen cum flamma ūrat fulva corpora leōnum et pariter omne animal, quodcumque in terrīs ē sanguine visceribusque cōnstet; quōmodo saeva Chimaera potuit per ōs ēmittere ē corpore flammam? Quippe Chimaera illa ūna ē triplicī corpore cōnstābat: nam prīma pars leōnis, postrēma dracōnis, media ipsīus Chimaerae erat.



Ergō ille quī fingit bēstiās huius modī orīrī potuisse tunc, cum tellūs et caelum erant novissima, multa falsa poterit effūtīre nīxus in hōc sōlō et vānō nōmine novitātis. Tum ille vir poterit nārrāre ōlim fluviōs aureōs ubīque mānāvisse et arbusta solita esse flōrēre gemmīs; aut finget ipse tunc hominēs tantō rōbore ac magnitūdine corporis nātōs esse ut ūnō gradū aequora trānsīre et suīs manibus permovēre caelum circā sē possent. Sed quod multa sēmina rērum fuērunt in ūniversō mundō tum, cum prīmum tellūs animālia passim prōcreāvit, nōn id dēmōnstrat animantia inter

veterīnus -a -um = animal quod impedīmenta vehit
suc-cingere = circumdare

discors -cordis *adi* (< discordia) = dissimilis, pugnāns

ārdēscere = incipere ārdēre

mōs mōris *m* = modus agendī

quippe : etenim, namque

cicūta -ae *f*

venēnum -ī *n* = cibus vel pōtiō quae mortem affert

fulvus -a -um = color similis aurō

triplex -icis *adi* < trēs

fingere fīnxisse fictum = excōgitāre rēs falsās
tellūs -ūris *f* = terra
effūtīre = dīcere rēs falsās et vānās
nītī nīxus esse
nīxus *in hōc* = crēdēns *huic*

arbusta -ōrum *n pl* = humiliōrēs arborēs

animāns -antis *n* = animal

sē mixta et bīnīs corporibus gignī potuisse. Nam ea omnia genera herbārum et arbustōrum, quae adhūc, ē terrā genita, abundant, nūllō modō inter sē mixta gignī possunt. Quaeque tamen rēs suō rītū crēscit et ob certam quandam lēgem nātūrae aliae ab aliīs differunt.

ab-undāre = passim mānāre
suō rītū : suō modō ac tempore

V. 878-924

Sed neque Centaurī fuerunt nec tempore in ūllō
esse queunt duplicī nātūrā et corpore bīnō,
ex aliēnigenīs membrīs compācta, potestās,
hinc illinc pār, vīs ut sat pār esse potis sit.
Id licet hinc quamvīs hebetī cognōscere corde:
prīncipiō circum tribus āctīs impiger annīs
flōret equus, puer haudquāquam; nam saepe etiam nunc
ūbera mammārum in somnīs lactantia quaeret.
Post, ubi equum validae vīrēs aetāte senectā
membraque dēficiunt fugientī languida vītā,
tum dēmum, puerīlī aevō flōrente, iuventūs
occipit et mollī vestit lānūgine mālās.
Nē forte ex homine et veterīnō sēmine equōrum
cōnfierī crēdās Centaurōs posse neque esse,

fuĕrunt
quīre -eō -īvisse / -iisse = posse
...*animantia* duplicī nātūrā et corpore bīnō
ita ut potestās agendī *sit* pār hinc illinc (: ē duābus partibus suīs), *et item* vīs potis sit (: possit) esse sat pār
omnibus hominibus, quamvīs *sint* hebetī corde, licet hinc id cognōscere
quam-vīs + *coni* = quamquam
prīncipiō : prīmum omnium
circum tribus annīs āctīs : ferē post trēs annōs
impiger equus
haudquāquam : nōn ita
etiam nunc : etiam post trēs annōs
mamma -ae *f* = pectus fēminae
post, ubi (: cum), aetāte senectā (: in senectūte) validae vīrēs et membra, languida fugientī vītā (: quia vīta ab iīs fugit), dēficiunt equum | senectus -a -um < senex
aevum -ī *n* : aetās (puerīle aevum : pueritia)
oc-cipere = incipere
lānūgō -inis *f* = prīma barba
mollī lānūgine
nē forte crēd*ideris* posse
cōn-fierī = cōnficī

aut *esse* Scyllās succīnctās rabidīs canibus | rabidus -a -um = rabiē affectus | sēmi-marīnus -a -um = cuius media pars in marī est
dē genere hōrum (: similia hīs portentīs)
quōrum membra vidēmus discordia *esse* inter sē
flōrēscere : flōrēre incipere
prōiciunt (: āmittunt) *ea rōbora*
Venere : amōre
mōribus ūnīs : īīsdem mōribus
iūcunda : quae iuvant
per artūs : in corpore
pinguēscere = crassus fierī, crēscere
barbiger -ra -rum = quī gerit barbam; pecudēs barbigerae : caprae
quae *herba* hominī est ācre venēnum
cum vērō flamma quidem soleat torrēre atque ūrere tam corpora fulva leōnum quam omne genus *animantium*, quodcumque visceris et sanguinis in terrīs exstet (: quodcumque in terrīs ē carne et sanguine cōnstet)
viscus -eris *n* = carō, viscera
quī : quōmodo
ut ūna Chimaera flāret
: cuius prīma pars est leō, postrēma dracō, media ipsa *Chimaera*
ex ōre ācrem flammam
quārē quī fingit tālia animālia gignī potuisse etiam tellūre novā caelōque recentī (: cum tellūs et caelum nūper orta erant), licet *ut* multa similī ratiōne effūtiat ōre, nīxus in hōc ūnō et inānī nōmine 'novitātis'
aurea flūmina
vulgō = passim
suēsse (: adsuēvisse) | ad-suēscere -suēvisse -suētum = solēre
aut *dīcat*
tantō impete... nātum esse
impes -etis *m* = rōbur, impetus

aut rabidīs canibus succīnctās, sēmimarīnīs
corporibus, Scyllās et cētera dē genere hōrum,
inter sē quōrum discordia membra vidēmus.
Quae neque flōrēscunt pariter nec rōbora sūmunt
corporibus neque prōiciunt aetāte senectā
nec similī Venere ārdēscunt nec mōribus ūnīs
conveniunt neque sunt eadem iūcunda per artūs:
quippe vidēre licet pinguēscere saepe cicūtā
barbigerās pecudēs, hominī quae est ācre venēnum.
Flamma quidem vērō cum corpora fulva leōnum
tam soleat torrēre atque ūrere quam genus omne
visceris in terrīs quodcumque et sanguinis exstet,
quī fierī potuit, triplicī cum corpore ut ūna,
prīma leō, postrēma dracō, media ipsa, Chimaera
ōre forās ācrem flāret dē corpore flammam?
Quārē etiam tellūre novā caelōque recentī
tālia quī fingit potuisse animālia gignī,
nīxus in hōc ūnō novitātis nōmine inānī,
multa licet similī ratiōne effūtiat ōre:
aurea tum dīcat per terrās flūmina vulgō
flūxisse et gemmīs flōrēre arbusta suēsse
aut hominem tantō membrōrum esse impete nātum,

trāns maria alta pedum nīsūs ut pōnere posset
et manibus tōtum circum sē vertere caelum.
Nam quod multa fuēre in terrīs sēmina rērum,
tempore quō prīmum tellūs animālia fūdit,
nīl tamen est signī mixtās potuisse creārī
inter sē pecudēs compāctaque membra animantum,
propterea quia quae dē terrīs nunc quoque abundant
herbārum genera ac frūgēs arbustaque laeta
nōn tamen inter sē possunt complexa creārī,
sed rēs quaeque suō rītū prōcēdit et omnēs
foedere nātūrae certō discrīmina servant.

ut posset pōnere nīsūs pedum (: gradūs) trāns maria alta
nīsus -ūs *m* < niti
tōtum caelum

fuēre = fuērunt; quod fuēre multa sēmina : fuisse multa s.a

illō tempore
fūdit : passim genuit
nīl (= nihil) signī est : nōn significat pecudēs mixtās inter sē
creārī = prōcreārī

animant/um

proptereā quia (: quia) genera herbārum ac frūgēs arbustaque laeta quae...

laeta : abundantia

complexa (: mixta) inter sē


foedere certō
discrīmen -inis *n* = id quō duae rēs differunt




Dē prīmīs hominibus mōre ferārum vīventibus

Id genus hominum in agrīs errantium multō dūrius fuit (ut necesse erat, cum dūra terra illōs prōcreāvisset) et erat māiōribus et firmiōribus ossibus intus fundātum, connexum intus per viscera fortibus nervīs, nec tālis erat, ut facile damnum acciperet ex frīgore, neque ex novitāte cibī nec ūllō corporis morbō. Et per multōs annōs sōlis, quī per caelum vertuntur, hominēs vītam agēbant mōre errantium ferārum. Neque quisquam erat moderātor curvī arātrī, neque quisquam sciēbat mōlīrī arva ferrō, nec dēmittere in terram virgulta tenera, neque caedere falcibus siccōs rāmōs arboribus altīs. Illud mūnus, quod sōl et imbrēs dederant, vel quod tellūs genuerat suā sponte, satis plācābat ventrēs. Plērumque pāscēbant corpora sua inter quercūs, quae ferunt glandēs;

fundāre = sustinēre, fīrmāre
con-nectere -nexisse -nexum
nervus -ī *m*



moderātor -ōris *m* = quī regit
mōlīrī = labōrāre
mōlīrī arva = arāre
virgultum -ī *n*



plācāre = sēdāre
glāns -andis *f*



glāns



arbutum

et arbuta, quae vidēs hōc tempore nostrō mātūra fierī rubrō colōre, tunc terra ferēbat plūrima eius modī, atque etiam māiōra. Et novitās mundī tunc, flōrēscēns, dedit praetereā plūrēs aliōs cibōs, inconditōs, quī tamen satis erant miserīs hominibus. Vērum flūmina et fontēs vocābant hominēs ad exstinguendam suam sitim, sīcut hōc tempore nostrō clārus dēcursus aquae ex altīs montibus invītat genera ferārum quae sitiunt. Dēmum occupābant sacra antra silvestria Nymphārum - sibi vagīs nōta - ē quibus sciēbant fluenta, dēlābentēs cōpiōsā vī, lavāre ūmida saxa; ūmida saxa scīlicet stīllantia super viridī muscō;

arbutum -ī *n*

flōrēscere = in flōre esse incipere

dē-cursus -ūs *m* < dēcurrere

silvestris -e < silva


vagus - a -um = errāns

fluenta -ōrum *n pl* = aquae fluentēs

cōpiōsus -a -um < cōpia

viridis -e = herbae colōre

muscus -ī *m* = herba, quae externīs arborum partibus saxīsve haeret



pellis

muscus



et sciēbant eās aquās partim scatēre et ērumpere in apertōs agrōs. Nōndum sciēbant praeparāre rēs igne: neque ūtī pellibus, atque operīre corpus exuviīs ferārum. Sed habitābant silvās, nemora, et montēs cavōs; et occultābant squālida sua corpora inter fruticēs, coāctī fugere vim ācrem ventōrum et imbrēs. Neque poterant spectāre ad pūblicum commodum, neque sciēbant ūtī ūllīs īnstitūtīs aut lēgibus inter sē. Quisque rapiēbat eam praedam, quam sibi fortūna obiēcerat: quisque sciēbat tantum sponte suā vīvere et agere prō sē ipsō. Et Venus coniungēbat corpora amantium in silvīs: namque vel mūtua cupīdō alliciēbat quamque fēminam, vel violenta virī vīs, et impetuōsa libīdō, vel mercēs aliqua: glandēs, et arbuta, vel pira lēcta. Et cōnfīsī mīrābilibus vīribus manuum et

partim = quādam ex parte

scatēre = ērumpere et cōpiōsē fluere


pellis -is *f*

habitāre locum = habitāre in locō

nemus -oris *n* = silva cum campīs

squālidus -a -um = sordidus et foedus vīsū

frutex -icis *m*



mūtuus -a -um = reddendus


impetuōsus -a -um < impetus

lēcta < legere = colligere, ēligere

cōnfīsī = cōnfīdentēs

missilis -e < mittere

pedum, persequēbantur silvestria genera ferārum lapidibus missilibus, et ingentī onere clāvae;



multa *genera ferārum*
latebra -ae *f* = locus ubi aliquis latet
hirsūtus -a -um = quī multōs *pilōs* habet | pilus -ī *m*

plangor -ōris *m* = clāmor maerentis, querēlla

roseus -a -um = colōre rosae

alternus -a -um = alter post alterum

et capiēbant multa, et fugiēbant pauca, quaerentēs latebrās: et similēs aprīs hirsūtīs, cum nocte capiēbantur, humī prōiciēbant suōs agrestēs artūs nūdātōs, et circum operiēbant sē foliīs ac frondibus. Neque trepidī requīrēbant ingentī plangōre diem ac sōlem per campōs, ubi errābant in tenebrīs noctis: sed, silentēs et oppressī somnō, exspectābant, dōnec sōl, roseā face suā, redderet lūcem caelō. Namque, cum solitī essent ā puerīs vidēre semper noctem et diem alternō tempore gignī, nōn licēbat iīs umquam mīrārī, quōmodo id posset fierī, neque timēre nē perpetuae tenebrae noctis occupārent terrās in aeternum, ablātā lūce sōlis: vērum hoc magis erat iīs cūrae, quod genera ferārum saepe reddēbant somnum molestum sibi miserīs; et pulsī ē cubīlī suō, relinquēbant saxeās domōs adventū aprī spūmantis, aut saevī leōnis; et intempestā nocte, pavidī, relinquēbant crūdēlibus hīs hospitibus lectōs strātōs foliīs. Neque tunc magis quam nunc mortāle genus hominum inter lāmenta dēserēbat dulcem lūcem vītae. Cum enim tunc quīdam eōrum, captus et dentibus ferārum dēvorātus, magis quam nunc praebēbat vīva pābula ferīs, implēbat clāmōre nemora, montēs, ac silvās circum, cernēns sua viscera sepelīrī vīva in sepulcrō vīvō. Sed iī, quōs fuga servāverat, postquam corpus eōrum dentibus ferārum petītum


reddere = facere

saxeus -a -um = ē saxō factus
spūmāre = *spūmam* facere (ex ōre ferae īrātae *spūma* ēmittitur)
spūma -ae *f*
intempestus -a -um ↔ fēlīx, favēns
intempesta nox = altissima et obscūrissima noctis pars

lāmentum -ī *n* = gemitus

erat, tenentēs manūs trepidās super ulcera taetra, invocābant mortem horrendīs clāmoribus: dōnec crūdēlia vermina prīvābant eōs vītā, inopēs omnis auxiliī, et ignōrantēs quod remedium ulcera poscerent. Vērum ūna diēs nōn mittēbat ad mortem plūrima mīlia hominum dēducta sub vexillīs: neque turbida aequora maris allīdēbant nāvēs atque hominēs ad saxa: sed mare saepe, turbātum, frūstrā fūrēbat, et etiam sine causā prōpōnēbat vānōs terrōrēs. Neque subdola fallācia maris tranquillī poterat allicere quemquam in dolum placidīs flūctibus; tunc enim nēquam ars nāvigandī erat ignōta. Praetereā tunc penūria cibī ferēbat mortem languentibus corporis membrīs; nunc vērō cōpia rērum mergit hominēs. Illī prīmī hominēs plērumque imprūdentēs ipsī īnfundēbant sibi venēnum: nunc vērō sollertius ipsī praebent aliīs.

ulcus -eris *n* = vulnus
taeter -tra- trum = foedissimus, horribilis, turpis
vermina -um *n pl* = corporis dolōrēs | prīvāre + *abl* : rē prīvāre aliquem = rem (cārissimam) ēripere alicui



vexillum -ī *n*
al-līdere (-laedere) = vī prōicere in
subdolus -a -um = quī dolō ūtitur, fallāx
fallācia -ae *f* (< fallere) = dolus
penūria -ae *f* = inopia
languēre = vīribus carēre
im-prūdēns -tis ↔ prūdēns
īn-fundere
venēnum -ī *n* = cibus vel pōtiō quae morbum vel mortem affert
sollers -tis *adi* = industrius; *adv comp* sollertius = magnā cum industriā

V. 925-1010

Et genus hūmānum multō fuit illud in arvīs
dūrius, ut decuit, tellūs quod dūra creāsset,
et māiōribus et solidīs magis ossibus intus
fundātum, validīs aptum per viscera nervīs,
nec facile ex aestū nec frīgore quod caperētur
nec novitāte cibī nec lābī corporis ūllā.
Multaque per caelum sōlis volventia lūstra

et illud genus multō dūrius
quod creāvisset = cum prōcreāvisset
creāre = prōcreāre
solidus -a -um = fīrmus
magis solidīs : solidiōribus
et validīs nervīs
aptus -a -um = coniūnctus
et fuit genus hominum quod nec facile caperētur ex aestū (: aestū) nec...
aestus -ūs *m* = ārdor, calor magnus
lābēs -is *f* : morbus; lābī = lābe
per multa lūstra volventia sōlis (: sōlis volventis) per caelum : per multōs annōs, quibus sōl versus est in caelō | lūstrum -ī *n* = spatium quīnque annōrum

vulgivagō mōre ferārum | vulgivagus -a -um = quī hūc illūc errat tractāre = gerere, agere	vulgivagō vītam tractābant mōre ferārum.
nec quisquam erat rōbustus moderātor arātrī	Nec rōbustus erat curvī moderātor arātrī
scībat = sci*ē*bat mōlīrier = mōlīrī	quisquam, nec scībat ferrō mōlīrier arva
nova virgulta dēfodere = in parvam fossam dēmittere (sēmen aut virgultum)	nec nova dēfodere in terram virgulta neque altīs
dēcīdere veterēs rāmōs dē-cīdere (-caedere) = secāre	arboribus veterēs dēcīdere falcibus rāmōs.
id dōnum, quod... creā*ve*rat	quod sōl atque imbrēs dederant, quod terra creārat
pectora : ventrēs	sponte suā, satis id plācābat pectora dōnum.
inter glandiferās quercūs glandi-fer -ra -rum = quī glandēs fert	Glandiferās inter cūrābant corpora quercūs
ea arbuta quae nunc...	plērumque; et quae nunc hībernō tempore cernis
pūniceō colōre pūniceus -a -um = purpurae colōre	arbuta pūniceō fierī mātūra colōre,
	plūrima tum tellūs etiam māiōra ferēbat.
multa pābula (: multōs cibōs) dūra flōridus -a -um = flōrēns	Multaque praetereā novitās tum flōrida mundī
quae tamen erant ampla (: plūs quam satis) mortālibus miserīs	pābula dūra tulit, miserīs mortālibus ampla.
sēdāre : ad sēdandam	At sēdāre sitim fluviī fontēsque vocābant,
ē montibus magnīs -āī = -ae	ut nunc montibus ē magnīs dēcursus aquāī
citāre : excitāre, invītāre, allicere lātē : per magna spatia saec*u*la : genera	clārus citat lātē sitientia saecla ferārum.
templa silvestria nōta *sibi* vagīs (: errantibus)	Dēnique nōta vagīs silvestria templa tenēbant
ē quibus sci*ē*bant fluenta lavere (: lavāre)... et scatēre... atque ērumpere	Nymphārum, quibus ē scībant ūmōre fluenta
lūbricus -a -um : quī fluit, quī dēlābitur prōluviēs -ei *f* = vīs aquae fluentis	lūbrica prōluviē largā lavere ūmida saxa,
fluenta stīllantia super viridī muscō	ūmida saxa, super viridī stīllantia muscō,
in plānō campō partim : quādam ex parte	et partim plānō scatēre atque ērumpere campō.
ignī = igne	Necdum rēs ignī scībant tractāre neque ūtī

pellibus et spoliīs corpus vestīre ferārum,
sed nemora atque cavōs montēs silvāsque colēbant
et fruticēs inter condēbant squālida membra
verbera ventōrum vītāre imbrisque coāctī.
Nec commūne bonum poterant spectāre neque ūllīs
mōribus inter sē scībant nec lēgibus ūtī.
Quod cuique obtulerat praedae fortūna, ferēbat
sponte suā sibi quisque, valēre et vīvere doctus.
et Venus in silvīs iungēbat corpora amantum;
conciliābat enim vel mūtua quamque cupīdō
vel violenta virī vīs atque impēnsa libīdō
vel pretium, glandēs atque arbuta vel pira lēcta.
Et manuum mīrā frēti virtūte pedumque
cōnsectābantur silvestria saecla ferārum
missilibus saxīs et magnō pondere clāvae.
Multaque vincēbant, vītābant pauca latebrīs;
saetigerīsque parēs sūbus silvestria membra
nūda dabant terrae nocturnō tempore captī,
circum sē foliīs ac frondibus involventēs.
Nec plangōre diem magnō sōlemque per agrōs
quaerēbant pavidī pālantēs noctis in umbrīs,
sed tacitī respectābant somnōque sepultī,

spoliīs ferārum : pellibus bēstiārum

inter fruticēs
condere = occultāre, cēlāre

coāctī vītāre

sci*ē*bant ūtī

quod praedae : eam praedam quam sibi quisque ferēbat (: capiēbat) sponte suā (: per sē, nūllō adiuvante nūllāque lēge)
necessitāte et nātūrā doctus valēre et vīvere (: vītam et valētūdinem tuērī et servāre)
amant*i*um

quamque *fēminam*

impēnsus -a -um = nimius

frētī mīrā virtūte manuum pedumque | frētus -a -um + *abl* = fīdēns, cōnfīdēns
cōnsectārī = saepe persequī
saec*u*la = genera

multaque *genera ferārum*
in latebrīs (: sē occultandō in spēluncīs)
saetiger -ra -rum = quī dūrōs pilōs (= *saetās*) gerit, hirsūtus
sūbus *dat pl* < sūs (= porcus)
parēs (: similēs) saetigerīs sūbus

involventēs sē circum
in-volvere = (veste/chartā/foliīs) circumdare

plangōre magnō

pālāri = errāre, vagārī

re-spectāre = exspectāre

īnferret caelō = ferret in caelum	dum roseā face sōl īnferret lūmina caelō.
quod (: quoniam) ā parvīs (: ā puerīs) | con-suēscere = ūsū nōscere et mōrem sibi facere; -ē*ve*rant = solēbant	A parvīs quod enim cōnsuērant cernere semper
alternō tempore	alternō tenebrās et lūcem tempore gignī,
nōn erat ut fierī posset mīrārier (: mīrārī) = nōn fierī poterat ut dubitārent	nōn erat ut fierī posset mīrārier umquam
aeterna nox	nec diffīdere, nē terrās aeterna tenēret
	nox in perpetuum, dētrāctō lūmine sōlis.
	Sed magis illud erat cūrae, quod saecla ferārum
īnfēstam quiētem	īnfēstam miserīs faciēbant saepe quiētem.
fugiēbant saxea tēcta : fugiēbant ē saxeīs tēctīs (: ē spēluncīs)	Ēiectīque domō fugiēbant saxea tēcta
spūmiger -ra -rum = spūmāns	spūmigerī suīs adventū validīque leōnis
cēdēbant (: relinquēbant) cubīlia īnstrāta fronde	atque intempestā cēdēbant nocte paventēs
īn-sternere = sternere	hospitibus saevīs īnstrāta cubīlia fronde.
mortālia saec*u*la : mortālēs	Nec nimiō tum plūs quam nunc mortālia saecla
dulcia lūmina vītae	dulcia linquēbant lāmentīs lūmina vītae.
ūnus quisque eōrum : quisquis eōrum | tum magis *quam nunc fierī solet* | dē-pre*h*ēnsus	Ūnus enim tum quisque magis dēprēnsus eōrum
haustus : vorātus	pābula vīva ferīs praebēbat, dentibus haustus,
	et nemora ac montēs gemitū silvāsque replēbat,
vidēns vīva viscera *sua* sepelīrī *in* vīvō bustō bustum -ī *n* = sepulcrum	vīva vidēns vīvō sepelīrī viscera bustō.
at *iī* quōs | ef-fugium -ī *n* = fuga servā*ve*rat adēsus -a -um (< ad-ēsse) = partim vorātus, dentibus cōnsūmptus	At quōs effugium servārat corpore adēsō,
tremulas palmās (: manūs)	posterius tremulās super ulcera taetra tenentēs
horri-fer -era -erum = horribilis ac-cīre = invocāre Orcum : mortem	palmās horriferīs accībant vōcibus Orcum,
dōnīque = dōnec prīvā*ve*rant	dōnīque eōs vītā prīvarant vermina saeva

expertēs opis, ignārōs quid vulnera vellent.
at non multa virum sub signīs mīlia ducta
ūna diēs dabat exitiō nec turbida pontī
aequora līdēbant nāvēs ad saxa virōsque.
Nam temere, in cassum, frūstrā mare saepe coortum
saevībat leviterque minās pōnēbat inānēs,
nec poterat quemquam placidī pellācia pontī
subdola pellicere in fraudem rīdentibus undīs:
improba nāvigiī ratiō tum caeca iacēbat.
Tum penūria deinde cibī languentia lētō
membra dabat; contrā nunc rērum cōpia mersat.
Illī, imprūdentēs, ipsī sibi saepe venēnum
vergēbant, nunc dant aliīs sollertius ipsī.

ex-pers -pertis *adi* (+ *gen*/*abl* : e. reī/rē = quī rem nōn habet, sine rē) | ops opis *f* = auxilium; ex-pers opis = sine auxiliō
quid vulnera vellent : quid opus esset ad vulnera sānanda
nōn ūna diēs dabat exitiō (: mittēbat ad mortem) multa mīlia virōrum ducta sub signīs (: ad bellum)
līdere = allīdere
temere *et* in cassum *et* frūstrā
temere *adv* = sine causā
in cassum = frūstrā
saeviēbat | leviter : facile
inānēs minās pōnēbat : vānās minās iactābat (: frūstrā minābātur)
subdola pellācia
pellācia -ae *f* = fallācia
pellicere = allicere

nāvigium -ī *n* = nāvis
nāvigiī ratiō : ars nāvigandī
caeca : ignōta

dabat lētō (: ad mortem dūcēbat) languentia membra
lētum -ī *n* = mors
mersāre = mergere, submergere

imprūdentēs : ignārī

vergēbant : īnfundēbant in corpus



Dē hūmānae societātis ortū

ubi = cum prīmum
pellis -is *f* = *v. pāg* 103

alsius -a -um = quī frīgus ferre nōn potest

blanditiae -ārum *f pl* = blanda verba / blandus modus agendī
imperiōsus -a -um = imperāns

commendāre = adiuvandum/cūrandum et tuendum trādere (fideī alicuius)
balbūtīre = incertīs frāctīsque verbīs loquī
gestus -ūs *m* = mōtus manuum

mūtuus -a -um = reddendus

Deinde ubi praeparārunt sibi domōs, et pellēs et ignem, et ubi fēmina iūncta virō convēnit in ūnum cōnūbium, et coniugēs vīdērunt prōlem nātam ex se ipsīs; tunc gēns hominum coepit prīmum mītior fierī. Ignis enim fēcit, ita ut corpora alsia nōn tam facile possent perferre frīgus sub tēctō caelī: et Venus minuit vīrēs suās: et īnfantēs blanditiīs suīs mītigāvērunt facile imperiōsum animum parentum. Tunc etiam hominēs possidentēs agrōs vīcīnōs coepērunt facere amīcitiam inter sē, neque nocēre aliī aliīs, neque frangere amīcitiam. Et commendāvērunt inter sē īnfantēs, et genus fēmineum, cum, balbūtientēs, vōcibus et gestū indicārent, iūstum esse miserārī omnēs īnfirmōs. Attamen amīcitia mūtua nōn poterat fierī omnibus modīs: sed bona et magna pars hominum castē servābat lēgēs. Sine quā rē, gēns hominum iam tunc tōta periisset: neque posterī potuissent perdūcere ūsque ad hoc tempus genus hūmānum.

V. 1011-1027

Inde casās postquam ac pellēs ignemque parārunt
et mulier coniūncta virō concessit in ūnum
coniugium, prōlemque ex sē vīdēre creātam,
tum genus hūmānum prīmum mollēscere coepit.
Ignis enim cūrāvit, ut alsia corpora frīgus
nōn ita iam possent caelī sub tegmine ferre,
et Venus imminuit vīrēs puerīque parentum
blanditiīs facile ingenium frēgēre superbum.
Tunc et amīcitiem coepērunt iungere aventēs
fīnitimī inter sē nec laedere nec violārī,
et puerōs commendārunt muliebreque saeclum,
vōcibus et gestū cum balbē significārent
imbēcillōrum esse aequum miserērier omnēs.
Nec tamen omnimodīs poterat concordia gignī,
sed bona magnaque pars servābat foedera castē;
aut genus hūmānum iam tum foret
omne perēmptum
nec potuisset adhūc perdūcere saecla propāgō.

postquam parāv*ē*runt casās

con-cessit (: convēnit) in ūnum coniugium

vīdēre = vīdērunt
creāre = prōcreāre

mollēscere = mollior fierī, mītigārī

nōn iam ita (: tam) *facile* possent ferre frīgus | tegmen -inis *n* (< tegere) = tēctum; sub tegmine caelī

puerī, blanditiīs *suīs* facile frēgēre (= -ērunt) superbum ingenium parentum

amīcitiēs -ēī *f* = amīcitia
fīnitimī coepērunt
aventēs nec laedere nec violārī inter sē | avēre = valdē cupere
commendāv*ē*runt *inter sē*

saec*u*lum : genus; muliebre saeclum : mulierēs

cum significārent balbē vōcibus et gestū | balbus -a -um = balbūtiēns; balbē *adv*

aequum (: iūstum) esse omnēs miserērier (: miserērī) imbēcillōrum | imbēcillus -a -um = īnfīrmus, dēbilis

omnimodīs *adv* = omnī modō

magna pars *hominum*

aut : nisi hoc fēcissent
perēmptum foret (= esset)
perīmere -ēmisse -ēmptum = perdere, exstinguere

adhūc : ūsque ad nostram aetātem
propāgō -inis *f* = fīliī/fīliae, stirps, posterī



Dē modīs mūsicīs prīmum inventīs

liquidus -a -um = quī clārē audītur

sibilus -ī *m* (*pl* sibilī/sibila) = sonus acūtus (ut ventī flantis)

īn-flāre = flāre in
cicūta -ae *f* = calamus tenuis

ā-vius -a -um = difficilis, ubi nūlla via patet
dēsertus -a -um ↔ celeber
sub dīvō = sub caelō apertō
mulcēre = tranquillum facere, cōnsōlārī
satietās -ātis *f* ↔ famēs

Sed hominēs imitātī sunt ōre liquidōs cantūs avium multō ante quam suāvia carmina possent saepe cantāre iīsque aurēs dēlectāre. Et sibila ventōrum prīmō per cavōs calamōs docuērunt hominēs rūsticōs īnflāre cicūtās; tum illī paulātim didicērunt cantūs dulcēs, sed maestōs, quōs tibia ēdit, si tībicen eam digitīs tangit: quam hominēs in silvīs āviīs et in locīs dēsertīs invēnērunt, cum ōtiō fruerentur sub dīvō. Hī cantūs illōrum hominum antīquōrum animōs mulcēbant et dēlectābant cum satietāte cibōrum, nam tum, ventre plēnō, omnia iūcundiōra videntur.

grāmen -inis *n* = herba

ar-rīdēre (<ad-) = dēlectāre, iuvāre
viridāns -antis *adi* = colōre herbae

cōn-suēscere -suēvisse = solēre; -suēverant = solēbant
lascīvia -ae *f* = voluptās

Etenim saepe iacentēs in grāmine mollī iūxtā flu-vium et sub frondibus altae arboris bene cūrābant corpora sua sine magnīs dīvitiīs, praecipuē cum caelum arrīdēbat et tempus annī viridāns grāmen flōribus ōrnābant. Tum gaudium, colloquia dulcēsque rīsūs esse cōnsuēverant, nam illō tem-pore Mūsa rūstica magis valēbat. Tum lascīvia

laeta suādēbat hominibus ut capita umerōsque redimīrent plexīs corōnīs, flōribus foliīsque; suādēbat quoque ut saltārent, quamquam extrā numerum, et pedibus pulsārent solum. Quibus ex rēbus rīsus et grātī cachinnī oriēbantur, quoniam hārum rērum nōvitās adhūc vigēbat.

redimīre -iisse -ītum = cingere
plexus -a -um = nexus, vinculō coniūnctus
extrā numerum = sine arte
vigēre -guisse = valēre



Ex hāc rē quoque, somnō absentī sōlācium hominibus vigilantibus nāscēbātur, scīlicet variīs modīs cantāre atque uncō labrō calamōs percurrere flandō suprā. Inde igitur vigilantēs hominēs etiam hodiē hanc artem colunt et artem numerōrum servāre didicērunt neque hāc dē causā māiōre dulcēdine fruuntur nunc quam silvestrēs hominēs fruēbantur.


sōlācium -iī *n* = quod cōnsōlātur
pāstor uncō labrō calamōs percurrit flandō suprā | suprā *adv*
uncus -a -um (↔ rēctus) = curvus
numerus = cantus, certum sonōrum intervāllum; numerōrum artem servāre : arte cantāre et saltāre
dulcēdō -dinis *f* = voluptās
silvestris -e < silva

Etenim quod praestō est, (nisi forte anteā nōvimus aliquid dulcius) id praecipuē arrīdet nōbīsque pollēre vidētur; sed rēs novissima, quae plērumque potior est, rēs anteā inventās dēstruit et nostram sententiam dē prīstinīs illīs rēbus immūtat. Sīc hominēs ā glandibus abhorrēre coepērunt, sīc quoque lectōs herbīs foliīsque strātōs relīquērunt. Eōdem modō pellēs ferārum, quae tamquam vestīmenta erant hominibus, dēspectae sunt. Quās autem pellēs arbitror illō tempore tam prāvā cupiditāte inventās esse ut is homō, quī prīmus eās tulit, īnsidiīs aliōrum hominum, mortem obīret; et crēdō tālem vestem, inter hominēs laniātam ac multō sanguine aspersam, disperiisse neque ūtilem cuiquam fuisse.

praestō *adv* = prope; praestō esse = adesse, praesēns esse
pollēre = vigēre, valēre
prīstinus -a -um = anterior, antiquus
im-mūtāre
glāns -ndis *m*



pellis -is *f*



mortem obīre : morī
dis-perīre

ferīnus -a -um < fera

purpureus -a -um < purpura

plēbēius -a -um (< plēbs) = rūsticus ac plēbis proprius

inānis -e = vānus et vacuus

Itaque illō tempore pellēs ferīnae hominēs cūrīs cruciābant; hōc vērō tempore hominēs inter sē pugnant ob vestīmenta aurō et purpurā ōrnāta. Quā in rē, ut putō, māius malum nōbīs inest; namque tunc quidem frīgus afficiēbat hominēs, fīliōs terrae, nūdōs et sine pellibus; sed nūllō modō est nobīs molestum nōn habēre vestīmenta purpurea et aurō puchrīsque imāginibus ōrnāta, dummodo vestis sit, quae, quamquam plēbēia, nōs ā frīgoribus dēfendere possit. Hominēs igitur semper frūstrā opus faciunt et vītam cōnsūmunt cūrīs inānibus, scīlicet quod nōn nōvērunt quī sit fīnis cupiditātis nec ubi vērum gaudium cōnsistat.

V. 1379-1433

imitārier (*īnf*) = imitārī
multō ante fuit quam hominēs possent concelebrāre lēvia carmina
lēvis -e = aequus et cōnstāns; rectē compositus
con-celebrāre (*carmina*) : saepe et multīs in locīs canere
sibila Zephyrī | cavum -ī *n* = pars vacua (in calamō); per cava
agrestēs *hominēs* | -ēre = ērunt
īnflāre cicūtās = flāre in cicūtās
minūtātim *adv* = paulātim
hominēs didicē*runt* | querēlla -ae *f* (< querī) = cantus maestus
quās tībia pulsāta digitīs canent*ium*
quae tībia reperta *est* per nemora āvia
nemus -oris *n* = silva cum campīs
dīus -a -um = quī fit sub dīvō

At liquidās avium vōcēs imitārier ōre
ante fuit multō quam lēvia carmina cantū
concelebrāre hominēs possent aurēsque iuvāre.
Et Zephyrī, cava per calamōrum, sībila prīmum
agrestēs docuēre cavās īnflāre cicūtās,
inde minūtātim dulcēs didicēre querēllās,
tībia quās fundit digitīs pulsāta canentum,
āvia per nemora ac silvās saltūsque reperta,
per loca pāstōrum dēserta atque ōtia dīa.

....

Haec animōs illīs mulcēbant atque iuvābant

cum satiāte cibī; nam tum sunt omnia cordī.
Saepe itaque inter sē prōstrātī in grāmine mollī
propter aquae rīvum sub rāmīs arboris altae
nōn magnīs opibus iūcundē corpora habēbant,
praesertim cum tempestās rīdēbat et annī
tempora pingēbant viridantēs flōribus herbās.
Tum ioca, tum sermō, tum dulcēs esse cachinnī
cōnsuērant; agrestis enim tum Mūsa vigēbat.
Tum caput atque umerōs plexīs redimīre corōnīs
flōribus et foliīs lascīvia laeta monēbat,
atque extrā numerum prōcēdere membra moventēs
dūriter et dūrō terram pede pellere mātrem;
unde oriēbantur rīsūs dulcēsque cachinnī,
omnia quod nova tum magis haec et mīra vigēbant.
Et vigilantibus hinc aderant sōlācia somnō,
dūcere multimodīs vōcēs et flectere cantūs
et superā calamōs uncō percurrere labrō;
unde etiam vigilēs nunc haec accepta tuentur
et numerum servāre genus didicēre, neque hīlō
māiōrem intereā capiunt dulcēdinis frūctum
quam silvestre genus capiēbat terrigenārum.
Nam quod adest praestō, nisi quid cognōvimus ante

cum sati*et*āte cibī (: cib*ōrum*)
tum sunt omnia cordī : illō tempore omnia dēlectant
prō-sternere -strāvisse -strātum = humī prōicere; prōstrātī = humī iacentēs
propter = iūxta
iūcundē corpora habēbant : bene corpora cūrābant
*ar*rīdēbat
viridantēs herbās
iocus -ī *m* (*pl* ioca -ōrum *n*) = dictum iocōsum
esse cōnsuē*ve*rant
tum lascīvia laeta monēbat *hominēs* redimīre caput ...
...atque *monēbat hominēs* prōcēdere (: saltāre) ... et pellere (: pulsāre) mātrem terram
quod (: quia) haec omnia, tum nova et mīra, magis vigēbant
sōlācia somnō : sōlācia somnī absentis
multimodīs *adv* = multīs modīs
flectere cantūs (: vōce cantāre)
superā *adv* = suprā *adv*
haec (: hās artēs), accepta *ā patribus, hominēs* vigilēs etiam nunc
et didicē*runt* servāre genus numer*ōrum* (: arte canere et saltāre) neque hīlō (: et *ni*hilō = nec ūllō modō) *nunc* māiorem frūctum
silvestre genus *hominum* terrigenārum
terrigena -ae *m* = ē terrā genitus

in prīmīs = praecipuē, māximē	suāvius, in prīmīs placet et pollēre vidētur,
posterior rēs | ferē = plērumque perdit illa *anteā* reperta (: rēs anteā inventās)	posteriorque ferē melior rēs illa reperta
sēnsus -ūs *m* < sentīre | sēnsūs ad prīstina quaeque : sententiam nostram dē prīstinīs rēbus omnibus	perdit et immūtat sēnsūs ad prīstina quaeque.
glandis : glandium sīc relicta sunt illa cubīlia	Sīc odium coepit glandis, sīc illa relicta
	strāta cubīlia sunt herbīs et frondibus aucta.
item pellis ferīna, *quae* vestis *erat*, contēmpta *ab hominibus*, cecidit *ex ūsū*	Pellis item cecidit vestis contempta ferīna;
quam *vestem*	quam reor invidiā tālī tunc esse repertam,
ut *is*, quī prīmus gessit, lētum obīret | lētum -ī *n* = mors	ut lētum īnsidiīs quī gessit prīmus obīret,
reor vestem distractam *esse* sanguine multō inter eōs *hominēs et reor* disperiisse	et tamen inter eōs distractam sanguine multō
in frūctum convertere : ūtilem facere | *eōs* quivisse quīre -eō -īvisse / (i)isse = posse	disperiisse neque in frūctum convertere quisse.
	Tunc igitur pellēs, nunc aurum et purpura cūrīs
	exercent hominum vītam bellōque fatīgant,
quō : quam ob rem re-sidēre -sēdisse; magis culpa resēdit : maior culpa posita est	quō magis in nōbīs, ut opīnor, culpa resēdit;
	frīgus enim nūdōs sine pellibus excruciābat
nīl = nihil nōs nīl laedit = nōbīs nōn nocet	terrigenās; at nōs nīl laedit veste carēre
aptus + *abl* = ōrnātus	purpureā atque aurō signīsque ingentibus aptā,
dum*modo* tamen *ad*sit *vestis* plēbēia, quae *nōs* dēfendere possit	dum plēbēia tamen sit, quae dēfendere possit.
in cassum = frūstrā, nēquīquam	Ergō hominum genus in cassum frūstrāque labōrat
in cūrīs inānibus aevum -ī *n* = tempus continuum, aetās (: vīta)	semper et in cūrīs cōnsūmit inānibus aevum,
	nīmīrum quia nōn cognōvit quae sit habendī
fīnis -is *m/f*; quae sit fīnis habendī (: cupiditātum) quoad = quamdiū, ūsque quō	fīnis et omnīnō quoad crēscat vēra voluptās.



LIBER VI

Dē fulgurum nātūrā

Necesse est perspicere ipsam nātūram fulminis ignem ferentis et īnspicere quō modō faciat quamlibet rem; nec tamen, rūrsus volventēs carmina Etruscōrum, frūstrā perquīrere vestīgia latentis cōnsiliī dīvōrum et vidēre ex quā caelī parte fulmen volāns advēnerit, vel in utram partem deinde sē converterit; et dēnique quō modō per loca clausa sē īnsinuāverit et quō modō illinc, quasi victor, sē sūrsum extulerit, vel quod damnum apportāre possit fulmen dē caelō missum.

per-spicere = plānē vidēre, penitus īnspicere

carmina Etruscōrum : Etruscī in carminibus suīs explānābant signa deōrum

per-quīrere = quaerere

dīvus -ī *m* = deus

īn-sinuāre = īnferre (: sē ī. = vī intrāre)

Nam sī Iuppiter aliīque diī splendentia templa, quae in caelō sunt, concutiunt terrificō strepitū et flammās mittunt quōcumque eīs placet, cūr igitur nōn faciunt ut iī hominēs, quī ab āversābilī crīmine nōn abhorruērunt, percussī fulmine, flammās exspīrent dē pectore perfixō, quod dūrum exemplum

terrificus -a -um = quī terrōre afficit, horrendus

quō-cumque *adv* = in quemcumque locum

āversābilis -e = foedus et vītandus

ex-spīrāre

per-fīgere -fīxisse -fīxum = per/trāns medium corpus percutere

in-noxius -a -um = īnsōns
cōn-scius -a -um (sibi) = quī rem scit, sciēns; nūllīus reī nefandae sibi cōnscius = quī scit sē nūllam rem nefandam fēcisse
turbō -inis *m*



ob-tundere ↔ acūtum facere
per-petī (< -patī) = sinere

liquidus -a -um (↔ siccus) = fluēns

quīre -eo -īvisse / iisse = posse

fremitus -ūs *m* < fremere
murmur -is *n* = sonus fremēns et continuus, strepitus

saepe-numerō *adv* = saepe, plērumque

dē-cidere < -cadere

sub ūnō tempore = simul

dis-cutere = percutiendō commovēre

cēterōs hominēs admoneat? Sed potius innoxius vir neque ūllīus reī nefandae sibi cōnscius, repente ignī et turbine caelestī correptus, in flammīs volvitur et implicātur. Praetereā quārē diī regiōnēs dērelictās īciunt et sīc frūstrā opus suum faciunt? Num tunc bracchia sua exercent et validiōrēs suōs lacertōs faciunt? Et quamobrem sinunt arma Iovis in terrā obtundī? Cūr ipse Iuppiter hoc perpetitur neque tēla servat contrā suōs hostēs? Cūr tandem ille numquam fulmina sua ex caelō omnīnō serēnō prōicit indeque tonat? Num cum prīmum nūbēs dēscendērunt dē caelō, ille quoque in eās dēlābitur, ut ex illō locō propius dēsignet in quam partem iaculum mittat? Praetereā cūr ea in mare iactat? Quid accūsat aquās et aequora et liquidam cōpiam undārum? Cēterum sī voluntās Iovis est ut ictum fulminis vītēmus, cūr cūnctātur efficere ut tēlum modo prōiectum vidēre queāmus? Sīn autem cupit flammīs cōnficere hominēs nōn exspectantēs, quārē tonitrum ēdit illinc, unde fulmen mittit, ita ut caveāmus? Quā dē causā prius concitat ātrās nūbēs et fremitūs et murmura? Deinde quō modō fit ut vērum exīstimēs Iovem in variās partēs eōdem tempore prōicere fulmina? Num audēbis negāre hoc saepe factum esse, scīlicet ut multī ictūs fulminis simul fierent? Vērum tamen hoc saepenumerō factum est, et quidem fīat oportet, scīlicet ut, sīcut pluit in multīs locīs eōdem tempore et dēcidunt imbrēs, sīc quoque sub ūnō tempore multa fulmina cadant. Dēnique quamobrem augusta templa deōrum et suās propriās aedēs pulcherrimās Iuppiter inimīcō ignī discutit, et dēstruit deōrum simulācra summā arte facta, et tollit honōrem suīs

simulācrīs tam vehementī ictū? Et cūr is saepe alta loca pulsat et vidēmus multa vestīgia fulminum in culminibus montium?

VI.379-422

Hoc est igniferī nātūram fulminis ipsam
perspicere et quā vī faciat rem quamque vidēre,
nōn Tyrrhēna retrō volventem carmina frūstrā
indicia occultae dīvum perquīrere mentis,
unde volāns ignis pervēnerit aut in utram sē
verterit hinc partem, quō pactō per loca saepta
īnsinuārit, et hinc, dominātus, ut extulerit sē,
quidve nocēre queat dē caelō fulminis ictus.
Quod sī Iuppiter atque aliī fulgentia dīvī
terrificō quatiunt sonitū caelestia templa
et iaciunt ignem quō cuique est cumque voluntās,
cūr quibus incautum scelus āversābile cumque est
nōn faciunt ictī flammās ut fulguris hālent
pectore perfīxō, documen mortālibus ācre,
et potius nūllā sibi turpī cōnscius in rē
volvitur in flammīs innoxius inque pedītur
turbine caelestī subitō correptus et ignī?
Cūr etiam loca sōla petunt frūstrāque labōrant?

hoc : attentē intuērī quid fīat in caelō
igniferī fulminis
igni-fer -ra -rum = quī fert ignem, quī incendia excitat
et vidēre quā vī faciat…

Tyrrhēna carmina
Tyrrhēnus -a -um : Etruscus
volventem : volvendō
indicium -ī *n* = quod indicat; i.. occultae mentis dīv*ō*rum : id quod indicet aliquam occultam voluntātem deōrum
et *perquīrere* unde… aut in utram partem… *aut* quō pactō…

ignis sē īnsinuāverit
dominātus : vincēns
ut (: quō modō) sē extulerit

ictus fulminis *venientis* dē caelō

aliī dīvī
fulgentia templa caelestia

quō-cumque cuique *deōrum* voluntās est : in locum quem quisque deōrum vult

quibus-cumque est incautum scelus: omnibus quī scelus nōn cavent

nōn faciunt ut *illī*, ictī, hālent flammās fulguris *ex* pectore perfīxō | hālāre = ex-spīrare

documen -inis *n* (< docēre) = exemplum

potius *homō* in nūllā rē turpī (: nūllīus reī turpis) sibi cōnscius *et* innoxius

in-pedītur (: impedītur)

sōla : dēserta
deī petunt

cōnsuescunt bracchia : b. exercent	An tum bracchia cōnsuēscunt fīrmantque lacertōs?
cūr-que perpetiuntur patris tēlum (: fulmen Iovis) in terrā obtundī?	In terrāque patris cūr tēlum perpetiuntur
ipse *Iuppiter* parcit : servat (fulmen)	obtundī? Cūr ipse sinit neque parcit in hostēs?
cūr Iuppiter numquam iacit fulmen caelō undique pūrō (: caelō omnīnō serēnō)? sonitus -ūs *m* (< sonāre) = sonus; s.ūs profundit : ēdit sonōs *tonitruum*	Dēnique cūr numquam caelō iacit undique pūrō Iuppiter in terrās fulmen sonitūsque profundit?
successē*runt*	An simul ac nubēs successēre, ipse in eās tum
ut hinc (: ex nūbibus) prope *terram* dēterminet ictūs tēlī (: dēsignet in quae loca dēiciat fulmina)? dē-termināre = dēsignāre fīnēs quā ratiōne porrō *adv* = deinde, praetereā	dēscendit, prope ut hinc tēlī dēterminet ictūs? In mare quā porrō mittit ratiōne? Quid undās
liquidam mōlem campōsque natantēs : aequora	arguit et liquidam mōlem campōsque natantēs?
sī vult *ut* caveāmus	Praetereā sī vult caveāmus fulminis ictum,
dubitat : cūnctātur missum *fulmen*	cūr dubitat facere ut possīmus cernere missum?
nec opīnantēs : nōn exspectantēs	Sī nec opīnantēs autem vult opprimere ignī,
ex illā parte *unde fulmen mittit*	cūr tonat ex illā parte, ut vītāre queāmus?
con-cīre = conciēre (= concitāre)	Cūr tenebrās ante et fremitūs et murmura concit?
quī crēdere possīs *Iovem* mittere simul *fulmina*? quī = quō modō? ausīs : audeās con-tendere = arguēns affirmāre hoc numquam factum *esse, idest* ut plūrēs ictūs *fulminis*	Et simul in multās partēs quī crēdere possīs mittere? An hoc ausīs numquam contendere factum, ut fierent ictūs ūnō sub tempore plūrēs?
saepe-numerō factum est necesse *est*	At saepe est numerō factum fierīque necessest,
ut *necesse est* pluere... sīc *necesse est* fierī multa fulmina sub ūnō tempore (: ferē simul)	ut pluere in multīs regiōnibus et cadere imbrēs, fulmina sīc ūnō fierī sub tempore multa.
cūr discutit | deō*rum* suās-que praeclārās sēdēs īnfēstō fulmine	Postrēmō cūr sancta deum dēlūbra suāsque discutit īnfēstō praeclārās fulmine sēdēs

et bene facta deum frangit simulācra suīsque
dēmit imāginibus violentō vulnere honōrem?

et *cūr* frangit simulācra de*ōrum* bene facta dēmit-que honōrem suīs imāginibus?

Altaque cūr plērumque petit loca plūrimaque eius
montibus in summīs vestīgia cernimus ignis?

cūr plērumque *Iuppiter* petit *fulmine* alta loca plūrima-que vestīgia eius ignis



Dē morbōrum causīs; de pestilentiā Athēnīs exortā

"Nunc" ait Lucrētius, "dīcam quae sit causa morbōrum, vel ex quā rē fīat ut morbida vīs, exorta, possit afferre mortiferam clādem hūmānō generī et pecorum gregibus. Prīmum omnium, ostendī anteā prīmōrdia plūrimārum rērum esse, quae sint vītālia nōbīs; et contrā necesse est multa volitāre, quae afferant morbum et mortem. Cum igitur ea fortuītō cāsū coorta sunt et turbāvērunt caelum, necesse est ut āēr fiet morbidus. Et sīc tōta illa ratiō morbōrum et pestilentia veniunt aut forte supernē per āera sīcut nūbēs et nebulae; aut ipsa, saepe, coorta, surgunt dē terrā, cum ea, ūmida, coepit habēre pūtōrem, percussa scīlicet intempestīvīs imbribus et ārdōribus sōlis."

Haec causa morbōrum et hic calidus et mortifer āēr fēcit ōlim agrōs fūnestōs in regiōnibus Cecropis et vāstāvit viās et fēcit urbēs vacuās cīvibus. Etenim ille calidus et mortifer āēr, adveniēns ex intimīs Aegyptī regiōnibus, postquam ortus est,

morbidus -a -um < morbus
morti-fer -a -um = quī mortem affert

prīmōrdia rērum = partēs minimae et prīncipia rērum (: atomī)
vītālis -e = necessārius ad vītam dandam aut retinendam
volitāre = volāre hūc illūc

fortuītus-a -um = quī forte et cāsū fit


supernē = dē locō suprā nōs, dē caelō

pūtor -ōris *m* = odor foedus
intempestīvus -a -um = quī nōn fit tempore suō
ārdor -ōris *m* < ārdēre


fūnestus -a -um (< fūnus) = trīstissimus, plēnus mortis
Cecrops -opis *m* = prīmus rex Athēniēnsium; in regiōnibus Cecropis : Athēnīs

intimus -a -um *sup* (< intrā)

permēnsus multum āeris et aequora maris, incidit dēmum in tōtam gentem Pandīonis: hinc omnēs hominēs catervātim afficiēbantur morbō et morte. Prīmum, ferēbant capita incēnsa ārdōre et geminōs oculōs rubentēs, suffūsō lūmine mīrō; faucēs quoque ātrae intus mānābant cruōre; et via vōcis erat obducta vulneribus; et lingua, quae est interpres mentis, stīllābat sanguinem, et languēbat ulceribus, gravis mōtū, et aspera tāctū. Posteā, cum morbus



implēverat pectus per guttur, et dēlāpsus erat in cor trīste aegrōtantibus, tunc etiam omnia claustra vītae incerta fiēbant et paene effringēbantur. Anima ēmittēbat forās ex ōre taetrum odōrem, eōdem modō quō corrupta cadāvera prōstrāta humī perolent. Et vīrēs omnīnō tōtīus mentis et tōtum ipsum corpus dēbilitābantur, iam ante ipsam iānuam lētī. Et ānxia animī cūra semper erat comes dolōribus corporis intolerābilibus, et aderat quoque querēlla mixta cum flētū. Et singultus crēber saepe per tōtum diem tōtamque noctem, coactāns corripere nervōs et artūs, eōs cōnsūmēbat, quōs, iam prīdem dēfessōs, vel magis fatīgābat. Neque poterās vidēre supremam partem corporis ūllī ardēre nimiō fervōre: sed potius quemlibet habēre tāctum tepidum



manibus, et tamen eōdem tempore tōtum corpus rubēscere quasi vulneribus inustīs, sīcut fit, cum ignis sacer spargitur per artūs. Intima autem

per-mētīrī -mēnsum = trānsīre, percurrere | in-cidere < in + cadere
Pandīōn -onis *m* = rex Athēniēnsium antīquus
catervātim *adv* = singulae catervae singulīs temporibus

suf-fundere -fūdisse -fūsum (< sub + fundere) = spargere
faucēs -ium *f pl* = pars interior collī, ōs interius
ob-dūcere = tegere, operīre

interpres -etis *m/f*= quī explānat (rem obscūram / verba linguae ignōtae)
languēre = vīribus carēre, morbō afficī
ulcus -eris *n* = parvum vulnus
asper -era -erum = dūrus
tāctus -ūs *m* < tangere

guttur -is *n* = collum interius
claustra -ōrum *n pl* (*v. pāg. 23*)
claustra vītae : quae vītam dēfendunt

taeter -tra -trum = foedissimus, horribilis, turpis
cadāver -is *n* = corpus mortuum
prō-sternere = humī prōicere
per-olēre = pessimum odōrem ēmittere
dēbilitāre = dēbilem facere
lētum -ī *n* = mors

intolerābilis -e = quī tolerārī nōn potest
singultus -ūs *m* = spīritus subitō abruptus quō pectus quatitur
coactāre = saepe cōgere
nervus -ī *m*
artus -ūs *m* = membrum
dēfessus -a -um = fessus

fervor -ōris *m* = calor ārdēns
tepidus = nec frīgidus nec calidus

in-ūrere -ussisse -ustum = imprimere ūrendō
sacer ignis : morbus quō exteriōr corporis pars rubet et ārdōre flagrat


pars hominum īnflammāta ārdēbat ūsque ad ossa: ignis ārdēbat intus in stomachō, velutī in fornācibus; adeō ut nūlla vestis, quamquam exigua et levis, posset esse commoda membrīs illōrum: stābant semper ad flātūs et ad frīgora:

stomachus -ī *m* = venter

fornāx -cis *f*

flātus -ūs *m* (< flāre) = ventus





pars mergēbant artūs suōs ferventēs morbō in rīvōs frīgidōs, prōicientēs suum corpus nūdātum in aquās; plūrimī, accurrentēs ipsō ōre apertō, praecipitēs incidērunt in aquās puteālēs. Ārida sitis, immergēns īnsēdābiliter corpora illōrum in aquās, aequābat magnam cōpiam aquārum parvae cōpiae. Nec ūlla requiēs morbī dabātur: corpora fessa iacēbant: medicīna mussābat propter tacitum metum: etenim aegrī volvēbant lūmina oculōrum, sine somnō, ārdentia ob morbum, semper aperta et rubentia. Plūrima etiam alia signa mortis tunc praebēbantur: scīlicet animus turbātus in maerōre et timōre: maestum supercilium; faciēs furēns et ācris; aurēs etiam ānxiae et plēnae sonōrum; frequēns spīritus aut longus et rārus factus; et ūmor albus sūdōris stīllāns per collum: spūta exigua, parva, et tīncta colōre crocī, et salsa, et aegrē ēmissa per faucēs raucā tussī.

puteālis -e < *puteus -ī m*

īn-sēdābilis = quī nōn potest sedārī

aequāre = aequum facere
: faciēbat ut aquae cōpia numquam satis magna esse vidērētur

requiēs -ēī *f* = quiēs

mussāre = parvā vōce loquī / incertus cūnctārī, dubitāre



maeror -ōris *m* < maerēre

supercilium -ī *n*

ācer ācris ācre = acerbus

spīritus -ūs *m* < spīrāre

ūmor -ōris *m* = aqua

sūdor -ōris *m*

spūtum -ī *n* = māteria quae ex ōre ēmittitur | crocus -ī *m* = flōs aureō colōre | salsus -a -um < sāl

raucus -a -um : vōx rauca ↔ vōx clāra

tussis -is *f* (*abl* -ī) = morbus faucium et pulmōnum; *tussī* pectus interius vehementer quatitur



VI. 1090-1189

Nunc ratiō quae sit morbīs aut unde repente
mortiferam possit clādem cōnflāre coorta
morbida vīs hominum generī pecudumque catervīs,
expediam. Prīmum multārum sēmina rērum
esse suprā docuī quae sint vītālia nōbīs,
et, contrā, quae sint morbō mortīque necessest
multa volāre; ea cum cāsū sunt forte coorta
et perturbārunt caelum, fit morbidus āēr.
Atque ea vīs omnis morbōrum pestilitāsque
aut extrīnsecus, ut nūbēs nebulaeque, supernē
per caelum veniunt, aut ipsā saepe coorta
dē terrā surgunt, ubi pūtōrem ūmida nacta est
intempestīvīs pluviīsque et sōlibus icta.
....
Haec ratiō quondam morbōrum et mortifer aestus
fīnibus in Cecropis fūnestōs reddidit agrōs
vāstāvitque viās, exhausit cīvibus urbem.
Nam penitus veniēns Aegyptī fīnibus ortus,
āera permēnsus multum campōsque natantēs,
incubuit tandem populō Pandīonis omnī.
Inde catervātim morbō mortīque dabantur.
Prīncipiō caput incēnsum fervōre gerēbant

nunc expediam quae sit ratiō
morbida vīs, coorta, possit...
cōn-flāre = excitāre, afferre
morbida vīs = vīs morbī
expedīre -īvisse/-iisse -ītum = explānāre
suprā (: anteā) docuī esse sēmina multārum rērum (: atomōs)
necesse *est* multa *sēmina rērum* volāre quae sint morbō mortīque (: quae afferant morbōs et mortem) *hominibus et bēstiīs*
cum ea...
perturbā*vē*runt
pestilitās -ātis *f* = pestilentia
extrīnsecus = ex locō externō
dē ipsā terrā
ubi (: cum) *terra*, ūmida, nacta est
nancīscī nactum = habēre incipere
pluviīsque et sōlibus : et plūviīs et sōlibus (: ārdōre sōlis multōrum diērum)
ratiō: causa | ratiō morbōrum
aestus -ūs *m* = calidus āēr aestātis, ārdor
in fīnibus Cecropis (: Athēniēnsium)
red-dere -didisse -ditum = facere
morbus, penitus *ex* fīnibus (: ex interiōribus fīnibus) Aegyptī ortus, veniēns...
multum āera = multum āeris
campōs natantēs : aequora maris
in-cumbere = sē prōicere in
omnī populō Pandīonis : omnibus Athēniēnsibus
hominēs dabantur
aegrōtī gerēbant

et duplicēs oculōs suffūsā lūce rubentēs.
Sūdābant etiam faucēs intrīnsecus, ātrae
sanguine, et ulceribus vōcis via saepta coībat
atque animī interpres mānābat lingua cruōre
dēbilitāta malīs, mōtū gravis, aspera tāctū.
Inde ubi per faucēs pectus complērat et ipsum
morbida vīs in cor maestum cōnflūxerat aegrīs,
omnia tum vērō vītāī claustra labābant.
Spīritus ōre forās taetrum volvēbat odōrem,
rancida quō perolent prōiecta cadāvera rītū.
Atque animī prōrsum tum vīrēs tōtius, omne
languēbat corpus lētī iam līmine in ipsō.
Intolerābilibusque malīs erat ānxius āngor
assiduē comes et gemitū commixta querēlla,
singultusque frequēns noctem per saepe diemque
corripere adsiduē nervōs et membra coactāns
dissolvēbat eōs, dēfessōs ante, fatīgāns.
Nec nimiō cuiquam possēs ārdōre tuērī
corporis in summō summam fervēscere partem,
sed potius tepidum manibus prōpōnere tāctum
et simul, ulceribus quasi inustīs, omne rubēre
corpus, ut est per membra sacer dum dīditur ignis.

duplicēs : ambōs
sūdāre : stīllāre, mānāre
intrīnsecus ↔ extrīnsecus
via vōcis (: faucēs), ulceribus saepta (: plēna vulnerum), coībat (: claudēbātur)
co-īre < cum + īre
lingua, interpres animī, mānābat cruōre
dēbilitāre = dēbilem facere (↔ fīrmāre) | mōtū gravis : lenta (: quae vix movētur)
ubi morbida vīs, *penetrāns* per faucēs, complē*ve*rat
in ipsum maestum cor
vītāī = vītae | labāre = lābī incipere, īnfirmus fierī
ex ōre | volvēbat : ēdēbat, ēmittēbat
quō rītū (: eō modō quō) rancida cadāvera, prōiecta, perolent
rancidus -a -um = tabēscēns, malum odōrem ēmittēns
vīrēs tōtius animī *et* omne corpus languēbat iam in ipsō līmine lētī
tōt*ī*us
ānxius āngor erat assiduē comes intolerābilibus malīs
āngor -ōris *m* = trepida cūra animī perturbātī
com-miscēre
saepe per noctem diemque
singultus coactāns corripere (: contrahere)
fatīgāns eōs (: aegrōs), *iam* ante dēfessōs, dissolvēbat (: eōrum vīrēs frangēbat)
nec possēs *in*tuērī (: cernere) partem summam in summō corporis (: partem externam corporis), nimiō ārdōre fervēscere
fervēscere = fervēre
sed potius *possēs tuērī corpus* prōpōnere manibus tepidum tāctum
omne (: tōtum) corpus
ut est (: fit) dum sacer ignis dīditur
dīdere = spargere

Intima pars hominum vērō flagrābat ad ossa,
flagrābat stomachō flamma ut fornācibus intus.
Nīl adeō possēs cuiquam leve tenueque membrīs
vertere in ūtilitātem, at ventum et frīgora semper.
In fluviōs partim gelidōs ārdentia morbō
membra dabant, nūdum iacientēs corpus in undās.
Multī praecipitēs nymphīs puteālibus altē
inciderunt, ipsō venientēs ōre patente:
īnsēdābiliter sitis ārida, corpora mersāns,
aequābat multum parvīs ūmōribus imbrem.
Nec requiēs erat ūlla malī: dēfessa iacēbant
corpora. Mussābat tacitō medicīna timōre,
quippe patentia cum totiēns ārdentia morbīs
lūmina versārent oculōrum expertia somnī.
Multaque praetereā mortis tum signa dabantur:
perturbāta animī mēns in maerōre metūque,
trīste supercilium, furiōsus vultus et ācer,
sollicitae porrō plēnaeque sonōribus aurēs,
crēber spīritus aut ingēns rārōque coortus,
sūdōrisque madēns per collum splendidus ūmor,
tenuia spūta minūta, crocī contācta colōre
salsaque, per faucēs raucā vix ēdita tussī.

ūsque ad ossa

in stomachō
intus *in* fornācibus (: in interiōribus fornācibus)
nīl (= nihil) adeō leve tenueque membrīs *erat*, *ut* in ūtilitātem vertere possēs (: ut posset esse ūtile ad fervōrem minuendum)
ūtilitās -ātis *f* < ūtilis | *aegrōtī* ventum et frīgora semper *quaerēbant*
partim (: quīdam ex aegrōtīs) dabant (: prōiciēbant) membra ārdentia morbō in fluviōs gelidōs

nymphīs puteālibus : in aquās puteōrum

ipsō ōre patente : ōribus apertīs (ut biberent aquās)

mersāre = iterum iterumque mergere

multum imbrem : magnam aquae cōpiam | parvīs ūmōribus : parvae aquae cōpiae

ūlla requiēs malī

medicīna -ae *f* = ars medicōrum (: medicī)

quippe cum (+ *coni*) = quoniam
aegrōtī versārent lūmina oculōrum, patentia (: aperta), ārdentia morbīs *et* expertia somnī (: somnō carentia)


mēns animī : mēns

furiōsus -a -um = āmēns, furēns

sollicitus -a -um = ānxius, perturbātus | sonor -ōris *m* = sonus

splendidus (: lūcēns) ūmor sūdōris
madēre = stīllāre, mānāre; madēns = ūmidus
tenuia *et* minūta
minūtus -a -um = parvus
contācta = tīncta

spūta vix ēdita per faucēs





Languēbant plēraque morbō et moriēbantur

languēre = in morbum incidere, vīribus carēre

nervus -ī *m* (*v. pāg.* 123)

nārēs -ium *f pl* = pars nāsī quā spīrāmus

tempora -um *n pl*
pellis -is *f*


rigidus -a -um = dūrus (ob frīgus)

tābēs -is *f* = morbus quō corpus corrumpitur | taeter -tra -trum = foedissimus, horribilis, turpis
ulcus -eris *n* = vulnus
prōluviēs -ēī *f* = *flūxus* -ūs *m* (< fluere)

porrō *adv* = deinde, praetereā
prōfluvium -ī *n* < prō-fluere

genitālis -e = ad gignendum factus

Nervī autem in manibus contrahī atque membra in tōtō corpore contremēscere et frīgus per crūra ascendere nōn dēsinēbant. Et tandem paulō ante mortem nārēs fīēbant contractae, nāsus in extrēmā parte acūtus, oculī cavī, tempora gracilia, pellis frīgida et dūra; labra autem in ōre dēmissā atque frōns extēnsa manēbat. Neque multō post corpus rigidā morte recumbēbat, et aegrī, plērumque octāvō vel etiam nōnō diē lūcente, vītam dēserēbant. Sī vērō quīdam eōrum postrēmum diem effūgerat (ut factum est), posteā tamen tābēs et mors eum, taetrīs ulceribus et ātrā ventris prōluviē affectum, occupābat, vel plūrimus cruor quoque ē nāsō replētō saepe mānābat cum dolōre capitis; itaque omnis vīs corporis in hanc partem cōnfluēbat. Porrō quī molestō prōfluviō nigrī cruōris superfuerat, eī tamen pestis lābēbātur in nervōs, in membra et in ipsās partēs genitālēs corporis. Et aliī, vehementer timentēs adventum



mortis, vīvēbant illīs partibus gladiō adēmptīs, aliī vērō sine manibus crūribusque vītam retinēbant, aliī etiam oculōs āmittēbant. Tam magnus et ācer timor mortis eīs impendēbat! Etiam memoria omnium rērum quōsdam dēfēcit, ita ut nōn valērent agnōscere sē ipsōs.

Quamquam autem plūrēs hominēs mortuī suprā aliōs inhumāta in terrā iacēbant, tamen catervae avium bēstiārumque longē ab iīs recēdēbant ut gravem odōrem ēvītārent; aut, sī ex illīs comēderant, proximā morte languēbant. Neque ūlla volucris forte illīs diēbus cernēbātur, neque timida prōlēs bēstiārum ē silvīs prōdībat, sed plūrimae morbō labōrābant et occidēbant; praecipuē magnus numerus canum ubīque humī iacentium vītam relinquēbat. Namque morbus pestifer eīs animam ex corpore corripiēbat. Hoc autem inter rēs tālēs erat māximē miserābile et nocēns, quod, cum quisque animadvertēbat sē morbō labōrāre, tamquam sī esset ad mortem damnātus, animō dēmissus cum trīstī pectore cubābat mortemque exspectāns in eōdem locō vītam reddēbat. Pestis enim rapāx, ab aliīs trānsmissa, numquam aliōs hominēs contāgiō corripere dēsinēbat, tamquam pecora lānigera aut prōlem boum cornua gerentium. Et hoc praecipuē cumulābat fūnus fūnerī, quod quī, nimis avidī vītae mortemque timentēs, ad suōs amīcōs aegrōtōs adīre nōlēbant, eōs posteā eadem incūria mactāns pūniēbat, necāns eōs foedā indignāque morte dērelictōs atque auxiliō carentēs. Attamen quī praestō fuērunt aegrīs, perībant morbō atque labōre, quem suscipere iubēbat pudor ergā aegrōs

ācer -cris -cre = acerbus

dēficere = deesse, dēserere; memoria quōsdam dēfēcit = memoria quibusdam dēfuit / quōsdam dēseruit.

in-humātus -a -um = nōn sepultus

pesti-fer -a -um = quod pestem (= mortem) fert

labōrāre (ex/ab) rē = patī rem, premī, afficī (rē)

damnāre = condemnāre

vītam reddēbat : moriēbatur
rapāx -ācis *adi* = rapiendī cupidus
trāns-mittere
contāgium -ī *n* < contingere
lāniger -a -um = quī lānam gerit

bos : *gen pl* boum
cumulāre = augēre cōpiam (aliud in aliō ponendō); cumulābat fūnere fūnus : addēbat fūnera fūneribus (: mortuōs mortuīs)
fūnus -eris *n* = sacra quibus corpus sepelītur (: mors)
incūria -ae *f* = neglegentia;
i. mactāns = i. quae occīdit (nam nēmō dē hīs hominibus cūrābat)

praestō esse (+ *dat*) = praesēns esse, adesse

optimus quisque = quisquis erat optimus

armentārius -ī *m* = pāstor armentōrum
rōbustus -a -um (< rōbur) = firmus, validus, fortis

paupertas -ātis *f* (< pauper) ↔ dīvitiae

exanimātus / exanimus -a -um = sine animō, sine vītā, mortuus

morbidus -a -um = morbō affectus, aegrōtus

aestus -ūs *m* = calidus āēr
acervātim = catervātim
cōnfertus -a -um = dēnsus (↔ sparsus), in turbam coāctus

sēm(i)animus -a -um = tantum dimidiā parte vīvus
horridus -a -um (< horrēre) = horrendus, horribilis
paedor -ōris *m* = sordēs
pannus -ī *m* = vestis vetus et lacerāta

cadāver -is *n* = corpus hominis mortuī

sepultūra -ae *f* < sepelīre
cōnsuēscere = mōrem sibi facere; -suēvisse = solēre; -suēverat = solēbat

et frāctae querēllae dolentium hominum. Optimus quisque igitur tālem mortem patiēbātur.

Deinde etiam pāstor et armentārius quisque et eōdem modō robustus agricola regēns curvum arātrum aegrōtābat, et corpora intus in domibus dēiecta cubābant, trādita mortī ob paupertātem pestilentiamque. Aliquandō poterās cōnspicere exanimāta corpora genitōrum suprā nātōs exanimōs, aut, contrā, poterās vidēre puerōs vītam dēpōnere suprā parentēs. Neque parva pars huius malī rūre prōdeuntis invāsit urbem, quam partem attulit morbida turba colōnōrum undique cōnfluentium. Cūncta loca domōsque implēbant atque, quō māior erat aestus, eō magis pestis hominēs acervātim cōnfertōs morte corripiēbat. Plūra corpora prōiecta per viās et accumbentia ad fontēs aquārum supīna iacēbant, āmissō spīritū propter nimiam sitim, et per multa loca pūblica atque per viās cernī poterant membra inertia cum corpore sēmianimō morī, horrida paedōre et operta pannīs, sordium plēna, solā pelle in ossibus manente, ferē iam sepulta foedīs vulneribus et sordibus.

Tandem pestis cūncta templa deōrum exsanguibus corporibus complēverat atque singula dēlūbra nūminum erant plēna ubīque cadāverum; quae loca ipsī cūstōdēs templōrum hospitibus implēverant. Neque tunc cultus deōrum eōrumque potentia magnī aestimābāntur, etenim praesēns malum vincēbat. Neque rītus sepultūrae restābat in urbe, quō rītū anteā populus ille cōnsuēverat suōs

mortuōs humāre: namque tōtus populus cōnfūsus turbābātur et singulī hominēs, trīstitiā affectī, prō vīribus suīs atque prō occāsiōne suōs mortuōs cūrābant. Atque rēs inexspectāta atque horrenda rērum inopia multa mala persuāsit: singulī enim suōs cōnsanguineōs super aliēnōs rogōs exstrūctōs clāmantēs pōnēbant eōsque ignī dabant, rixantēs plērumque magnā vī atque cruōre, antequam corpora īnsepulta relinquerentur. Itaque pugnantēs ut cōpiam mortuōrum suōrum sepelīrent in sepulcrīs aliōrum, fatīgātī dolōre cūrīsque, domum revertēbantur. Plūrēs hominēs igitur trīstitiā dolentēs in lectō recumbēbant, neque ūllus tunc erat quem pestis, mors dolorque mortuōrum suōrum nōn vexāret.

humāre = sepelīre
prō vīribus / prō occāsiōne : quantum vīrēs et occāsiō sinēbant
cōnsanguineus -a -um = ab eōdem sanguine (: eādem gente) ortus; cognātus
ex-struere = struere, īn-struere
rixārī (< rixa) = certāre, pugnāre
vexāre = malō afficere, afflīgere

VI. 1190-1286

In manibus vērō nervī trahere et tremere artūs
ā pedibusque minūtātim succēdere frīgus
nōn dubitābat. Item ad suprēmum dēnique tempus
compressae nārēs, nāsī prīmōris acūmen
tenue, cavātī oculī, cava tempora, frīgida pellis
dūraque, in ōre iacēns rictum, frōns tenta manēbat.

trahere = trahēbant (: contrahēbantur) | tremere = tremēbant
ā pedibusque = et ā pedibus
frīgus *mortis* nōn dubitābat succēdere (: celeriter ascendēbat) minūtātim ā pedibus
minūtātim *adv* = paulātim
prīmōris -e *adi* = anterior
acūmen -inis *n* = pars ultima et acūta
cavāre = cavum facere
in ōre = in vultū
rictum -ī *n* = ōs apertum
tendere tetendisse tentum / tēnsum





Nec nimiō rigidā post artūs morte iacēbant.
Octāvōque ferē candentī lūmine sōlis

nec nimiō *tempore* post (= posteā) rigidā morte
: plūs minusve octāvō diē
candēns -entis *adi* = candidus

aut etiam nōnā reddēbant lampade vītam.
Quōrum sī quis (ut est) vītārat fūnera lētī,
ulceribus taetrīs et nigrā prōluviē alvī
posterius tamen hunc tābēs lētumque manēbat,
aut etiam multus capitis cum saepe dolōre
corruptus sanguis explētīs nāribus ībat:
hūc hominis tōtae vīrēs corpusque fluēbat.
Prōfluvium porrō quī taetrī sanguinis ācre
exierat, tamen in nervōs huic morbus et artūs
ībat et in partēs genitālēs corporis ipsās.
Et graviter partim metuentēs līmina lētī
vīvēbant ferrō prīvātī parte virīlī,
et manibus sine nōnnūllī pedibusque manēbant
in vītā tamen et perdēbant lūmina partim.
Ūsque adeō mortis metus īs incesserat ācer.
Atque etiam quōsdam cēpēre oblīvia rērum
cūnctārum, neque sē possent cognōscere ut ipsī.
Multaque humī cum inhumāta iacērent corpora suprā
corporibus, tamen ālituum genus atque ferārum
aut procul absiliēbat, ut ācrem exīret odōrem,
aut, ubi gustārat, languēbat morte propinquā.
Nec tamen omnīnō temere illīs sōlibus ūlla

nōnā lampade : nōnō diē
lampas -adis *f* = fax
reddēbant vītam = moriēbantur
ut *factum* est | vītā*ve*rat fūnera lētī (: mortem) | lētum -ī *n* = mors

alvus -ī *f* = venter

quamquam posterius, tamen *etiam* hunc, *quī prīmō tempore mortem effūgerat*, tābēs lētumque manēbat (: exspectābat)

multus sanguis corruptus (: multum s.inis corruptī) saepe cum dolōre capitis
ex explētīs nāribus *ex*ībat

hūc (: in sanguinem per nārēs exeuntem) | tōtae vīrēs fluēba*nt* corpusque (: omnēs corporis vīrēs effundēbantur)

porrō quī exierat (: effūgerat) ācre prōfluvium

tamen huic morbus ībat in… et *in* artūs

partim… partim… = aliī… aliī

ferrō : cultrō
prīvāre + *abl* : rē prīvāre aliquem = rem (cārissimam) ēripere alicui

sine manibus pedibusque

in vītā tamen : neque tamen moriēbāntur | lūmina : oculōs
īs : iīs
incēdere + *dat*/*acc* : iīs ācer metus mortis incesserat = eōrum animōs a. metus mortis invāserat
oblīvium -ī *n* < oblīvīscī; quōsdam cēpērunt oblīvia rērum cūnctārum : quīdam rērum cūnctārum oblīvīscēbantur
nēque ut : ita ut nōn

multa corpora

ālituus -a -um = quī ālās gerit (: āles, avis)

ab-silīre = saliendō discēdere
ut exīret = ut fugeret

gustā*ve*rat

temere *adv* = sine causā
sōlibus : diēbus

comparēbat avis, nec trīstia saecla ferārum
exībant silvīs. Languēbant plēraque morbō
et moriēbantur. Cum prīmīs fīda canum vīs
strāta viīs animam pōnēbat in omnibus aegrē;
extorquēbat enim vītam vīs morbida membrīs.

....

Illud in hīs rēbus miserandum magnopere ūnum
aerumnābile erat, quod ubī sē quisque vidēbat
implicitum morbō, mortī damnātus ut esset,
dēficiēns animō maestō cum corde iacēbat,
fūnera respectāns animam āmittēbat ibīdem.
Quippe etenim nūllō cessābant tempore apīscī
ex aliīs aliōs avidī contāgia morbī,
lānigerās tamquam pecudēs et būcera saecla,
idque vel in prīmīs cumulābat fūnere fūnus.
Nam quīcumque suōs fugitābant vīsere ad aegrōs,
vītāī nimium cupidōs mortisque timentēs
poenībat, paulō post, turpī morte malāque,
dēsertōs, opis expertēs, incūria mactāns.
Quī fuerant autem praestō, contāgibus ībant
atque labōre, pudor quem tum cōgēbat obīre
blandaque lassōrum vōx mixtā vōce querēllae.

com-pārēre (< cum + pārēre) = apparēre | saec*u*la : genera

ē silvīs

cum prīmīs : praesertim, in prīmīs
fīda canum vīs : fīdī canēs

in omnibus viīs
animam pōnēbat : moriēbātur
aegrē : magnō cum dolōre
vīs morbida (: vīs morbī) extorquēbat *ex* membrīs vītam
ex-torquēre = vī ēripere

illud ūnum : praesertim illud
magnopere = valdē

et aerumnābile
aerumnābilis -e = trīstis
ubī = ubi

ut *sī* (: quasi) esset damnātus mortī

dēficiēns animō : carēns vīribus animī

et fūnera respectāns (: dē morte cogitāns)

quippe etenim = namque
contāgia avidī morbī nūllō tempore cessābant ex aliīs apīscī aliōs
apīscī = adipīscī (: cōnsequī, pervenīre ad)

tamquam pecudēs lānigerās
būcera saec*u*la : genera / armenta boum | būcerus -a -um = quī cornua bovis habet
vel : etiam; vel in prīmīs : praesertim

fugitābant vīsere : nōlēbant vīsere
fugitāre = iterum iterumque fugere
vīsere ad suōs aegrōs = vīsere suōs aegrōs
incūria mactāns poenībat (: pūniēbat) *eōs*, vīt*ae* (-āī = -ae) nimium cupidōs mortisque (: mortemque) timentēs
poenīre = pūnīre; poenībat = puniēbat
ops opis *f* = auxilium
contāgēs -is *f* = contāgium
ībant : moriēbantur
quem *labōrem* (: auxilium ferendum aegrīs) pudor blandaque vōx lassōrum, mixtā vōce (: cui miscēbātur vōx) querēllae, cōgēba*nt* obīre (: subīre)
lassus -a -um = fessus (: aeger)

optimus quisque subībat hoc genus lētī

Optimus hoc lētī genus ergō quisque subībat.

Praethereā iam pāstor et armentārius omnis

rōbustus moderātor arātrī (: agricola) | moderātor -ōris *m* = quī regit

et rōbustus item curvī moderātor arātrī

penitusque corpora contrūsa *in* casā iacēbant

languēbat, penitusque casā contrūsa iacēbant

con-trūdere -trūsisse -trūsum = (multās rēs) in ūnum locum vī cōgere

corpora paupertāte et morbō dēdita mortī.

super exanimīs puerīs

Exanimīs puerīs super exanimāta parentum

retrō : contrāriō modō

corpora nōnnumquam possēs retrōque vidēre

super mātribus et patribus
ēdere vītam : morī

mātribus et patribus nātōs super ēdere vītam.

nec minimam partem is maeror : nōn parum huius maerōris

Nec minimam partem ex agrīs is maeror in urbem

quem *maerōrem* | languēns cōpia (: turba) agricolārum

cōnflūxit, languēns quem contulit agricolārum

conveniēns morbida ex omnī parte


cōpia, conveniēns ex omnī morbida parte.

quō : quam ob rem
aestū *inde exortō*

Omnia complēbant loca tēctaque, quō magis, aestū,

cōnfertōs *hominēs*
ac-cumulāre = cumulāre

cōnfertōs ita acervātim mors accumulābat.



sīlānus

multa corpora prōstrāta per viam prōque volūta : et prōvolūta (< prō-volvere = humī volvere)
ad sīlānōs aquārum : prope sīlānōs aquārum
sīlānus -ī *m* = fōns arte factus
interclūsa animā : dīvīsa ab animā (: interfecta)
ab nimiā dulcēdine aquārum : cum nimiam aquam bibissent
per loca prōmpta populī (: loca pūblica) *per*-que viās
vidērēs multa membra, languida cum sēmanimō corpore, perīre
co-operīre -opertum = operīre

Multa sitī prōstrāta viam per prōque volūta
corpora sīlānōs ad aquārum strāta iacēbant
interclūsa animā nimiā ab dulcēdine aquārum,
multaque per populī passim loca prōmpta viāsque
languida sēmanimō cum corpore membra vidērēs
horrida paedōre et pannīs cooperta perīre,

corporis illuviē, pellī super ossibus ūnā,
ulceribus taetrīs prope iam sordīque sepulta.
Omnia dēnique sāncta deum dēlūbra replērat
corporibus mors exanimīs onerātaque passim
cūncta cadāveribus caelestum templa manēbant,
hospitibus loca quae complērant aedituentēs.
Nec iam rēligiō dīvum nec nūmina magnī
pendēbantur enim: praesēns dolor exsuperābat.
Nec mōs ille sepultūrae remanēbat in urbe,
quō prius hic populus semper cōnsuērat humārī;
perturbātus enim tōtus trepidābat et ūnus-
quisque suum prō rē et prō tempore maestus humābat.
Multaque rēs subita et paupertās horrida suāsit;
namque suōs cōnsanguineōs aliēna rogōrum
īnsuper exstrūcta ingentī clāmōre locābant
subdēbantque facēs, multō cum sanguine saepe
rixantēs, potius quam corpora dēsererentur,
inque aliīs alium populum sepelīre suōrum
certantēs, lacrimīs lassī lūctūque redībant.
Inde bonam partem in lectum maerōre dabantur;
nec poterat quisquam reperīrī, quem neque morbus
nec mors nec lūctus temptāret tempore tālī.

illuviēs -ēī *f* = paedor, sordēs
ūnā : sōlā
sordēs -is *f* (= sordēs -ium) : *abl* -e / -ī | membra iam prope (: paene) sepulta illuviē corporis *et* ulceribus taetrīs sordīque
mors replē*ve*rat omnia sancta dēlūbra de*ō*rum corporibus exanimīs

cūncta templa caelest*i*um manēbant onerāta cadāveribus
quae loca : dēlūbra et templa
aedituēns -entis *m* = quī aedem tuētur, templī cūstōs
complē*ve*rant hospitibus
dīv*ō*rum
magnī pendēbantur : magnī pretiī esse iūdicābantur
ex-superāre = superāre, vincere

sepultūra -ae *f* < sepelīre
mōs sepultūrae : mōs sepeliendī corpora

cōnsuē*ve*rat

populus tōtus
ūnus-quisque = singulī
suum : corpus cōgnātī aut amīcī suī
prō rē et prō tempore : ut licēbat illō tempore et in illīs rēbus

suāsit multa *facere*

multī locābant suōs cōnsanguineōs īnsuper (= suprā) aliēna exstrūcta rogōrum (: aliēnōs rogōs exstrūctōs)

sub-dere (< -dare) = pōnere sub

certantēs sepelīre alium populum (: magnum numerum cadāverum) suōrum in aliīs (: inter aliēna cadāvera), redībant *domum*

bonam partem = plūrimī
in lectum dabantur (: recumbēbant) maerōre *affectī*
quem nec morbus, nec mors nec lūctus temptāret : cui nec morbus, nec mors, nec lūctus nocēret

INDEX VOCABVLORVM

A
ab-hinc 67. III,955
ab-silīre 132. VI,1217
absinthium -iī 29.17
abs-terrere -uisse -itum 95. V,846
ab-ūtī 52. II,656
ac-cīre 108. V,996
ac-cumulāre 134. VI,1258
ācer ācris ācre 124.71
ācer ācris ācre 67. III,954; 129.23
acerbus 65.3
acervātim 130.67
acosmos -on *adi* Gr 83.15
acūmen -inis *n* 131. VI,1193
acūtus 13.11
ad-crēdere 60. III, 856
ad-haesitātiō -ōnis *f* 13.15
ad-haesus -ūs *m* 93.9
ad-hibēre -uisse -itus 69.46
adipīscī 133. VI,1235
ad-rīdēre 34.35
adsistere 45. II, 359
ad-stringere 87. IV,1187
aedituēns -entis *m* 135. VI,1270
aegritūdō -inis *f* 6.31
aequāre 124.63
aequum est 111. V,1023
āerius -a -um 19. I,12
aerumnābilis -e 133. VI,1231
aestus -ūs *m* 71. III,1012; 105. V,929; 125. VI,1138; 130.66
aetherius -a -um 75. III,1044; 90.22
aevum -ī *n* 52. II,647; 95. V,859; 116. V,1431
afflīctāre 86. IV,1158
agitāre 10.2; 46.15
ālituus -a -um 132. VI,1216
al-līdere 105.81
al-ligāre 85.56
almus -a -um 9.2; 92. V,230
alsius -a -um 110.6
alternus -a -um 104.57
altitūdō -inis *f* 13.19
alvus -ī *f* 90.32; 132. VI,1200
amābilis -e 20. I,23
amāracinus -a -um 84.42
amātor -ōris *m* 86. IV,1177
amīcitiēs -ēī *f* 111. V,1019
amputāre 15.55
androgynē -is *m* 93.3
āngor -ōris *m* 15.68; 58.26; 61.10; 70. III,993; 126. VI,1158
animāns -antis *n* 17.5; 93.17
animātus -a -um 31.48
anticipātiō -ōnis *f* 14.27
appetēns 18.36
ap-petere 14.50; 83.4
aptus -a -um 105. V,928; (+ abl) 116. V,1428
arbusta -ōrum *n pl* 46.9
arbutum -ī *n* 103.17
ārdor -ōris *m* 122.14
āridus -a -um 64. III,917
armentārius -ī *m* 130.55
armi-potēns 20. I,33
ar-rīdere 36. II,32; 112.16
artus -a -um 24. I,70; 29.12
artus -ūs *m* 55. III,7; 64. III,923; 123.43
aspectus -ūs *m* 22.4; 25. I, 91
asper -era -erum 123.30
a-spernārī 14.51
atomus -ī *f* 7.10
at-tamen 6.27; 83.1
at-tribuere 50. II,614
auctus -ūs *m* 93.14
audācter 35.55
au-ferre abs-tulisse ab-lātum 8.26
avēre 55. III,6; 67. III,957; 111. V,1019
āversābilis -e 117.14
avidus -a -um 18.35; 89.7
āvius -a -um 29.6; 42.14; 112.8

B
bālatrō -ōnis *m* 67. III,955
balbus -a -um 84.20; 111. V,1022
balbūtīre 110.13
bidēns -entis *m* 89.16
biiugus -a -um 50. II,601
bisulcus -a -um 45. II,356
blanditiae -ārum *f pl* 110.8
būcerus -a -um 94.30; 133. VI,1236
bustum -ī *n* 62.15; 108. V,993

C
cachinnāre 84.39
cadāver -is *n* 123.36; 130.88
caesius -a -um 86. IV,1161
calcāre 29.6
candēns -entis 131. VI,1197
candor -ōris *m* 39.17
cānus -a -um 55. III,21
carnifex -icis *m* 69.43
cassus -a -um 70. III,981; 75. III,1049
cāsus -ūs *m* 89.11
cataplexis -is *f* 86. IV,1163
catervātim 123.22
cavāre 131. VI, 1194
cavum -ī *n* 114. V,1382
celeritās -ātis *f* 94.20
cervīx -īcis *f* 20. I,35
cessāre 75. III,1048
chorēa -ae *f* 48.54
Chronica -ōrum *n pl* 5.2
cicūta -ae *f* 112.5
ciēre 41. II,324; 91. V,211
cinefactus -a -um 63. III,906
circum-fundere 21. I,39
circum-volitāre 41. II,329
citāre 106. V.947
cithara -ae *f* 34.32
clārāre 56. III,36
claustra -ōrum *n pl* 22.10; 123.33
clīnāmen -inis *n* 10.8
coactāre 123.42
cōgitātum -ī *n* 11.9
cognitiō -ōnis *f* 14.30
co-haerēscere 13.21
co-īre 7.14; 126. VI,1148
cōmere -psī -ptum 31. I, 950
com-ēsse 8.29
commendāre -āvisse -ātum 95. V,861; 110.12
com-miscēre 126. VI,1159
com-mūtāre 76.8
com-parāre 16.88
com-pārēre 133. VI,1220
compēscere 67. III,955
complexiō -ōnis *f* 13.15
cōmptus -ūs *m* 25. I, 87; 59. III,845
concavus -a -um 47.35
concēdere (rem alicui) 85.51
con-celebrāre 19. I,4; (carmina) 114. V,1381
conciliāre 60. III,865
con-cipere 17.5
con-cīre 120. VI,410
concrēscere -crēvisse -crētum 54.24
condere 107. V,956
cōnfertus -a -um 130.67
cōn-firmāre 91. V,197
cōn-flāre 125. VI,1091
con-gemere 66. III,934
con-gerere 71. III,1009
con-gregāre 7.14
con-nectere -nexisse -nexum 102.4
cōnsanguineus -a -um 131.89
cōn-scius -a -um (sibi) 69.45; 118.18
cōnsectārī 107. V,967
cōnsimilis -e 55. III,8
cōn-sociāre 11.13

cōn-spergere 34.36; 54.24
cōnstabilīre -īvisse -ītum 31.47
con-suēscere -suēvisse 108. V,977; 112.18; 130.83
cōnsuētus -a -um 89.15
contāgēs -is *f* 133. VI,1243
contāgium -ī *n* 129.43
con-tendere 33.10; 55. III,6; 120. VI,412
contentus -a -um + abl 15.56
con-terere 74.26
contingere 29
continuāre 13.22
con-tremere 59. III,835
con-trūdere -trūsisse -trūsum 134. VI,1249
con-vīsere 28. I, 145; convīsēns 45. II,357
co-operīre -opertum 132. VI,1264
cōpiōsus -a -um 103.28
corniger -a -um 43.38
corōna -ae *f* 29.9; 47.21; 63. III,913
corporeus -a -um 10.9; 34.23
corpusculum -ī *n* 8.18
cor-ripere 64. III,925
coruscāre 40. II,320
creāre 56. III,34; 95. V,845; 105. V,926; 111. V,1013
crepitācilla -ōrum *n* 90.36
crista -ae *f* 48.51
crocus -ī *m* 124.79
cumulāre 129.46
cupere -ivisse -ītum 93.15
cupidē 96. V,868
cycnus -ī *m* 53.9
cymbalum -ī *n* 47.35

D
daedalus -a -um 19. I,7; 92. V,234
damnāre 129.39
damnum -ī *n* 30.22
dēbilitāre 123.38; 126. VI,1150
dēcēdere (dē vītā) 5.14
dē-cerpere -cerpsisse -cerptum 30. I, 928
dē-cīdere 106. V,936
dē-cidere 7.11; 118.44
dē-cipere 31. I, 941
dē-clīnāre 7.13
decōrus -a -um 44. II,352
dē-cursus -ūs *m* 103.24
dē-errāre 60. III,861
dēfessus -a -um 123.44
dēficere 129.25
dē-flēre 63. III,907
dēfodere 106. V,935
dēgere 35.60
dē-gustāre 53.13
dē-lībāre 56. III,24
dē-plōrāre 66.24
dē-rīvāre 45. II,365
dēsertus -a -um 112.8
dēsīderium -iī *n* 61.8
dē-termināre 120. VI,403
dē-trahere 15.54
dī-dūcere 39.10
dif-ferre 42.16; 58.42
dif-fugere 55. III,16
dif-fundere 10.7; 54.27; 56. III,22
dī-lacerāre 68.15
discidium -i *n* 57.10
dis-cutere 28. I, 148; 38. II,61; 118.48
dis-iectus -ūs *m* 62.39
dis-pandere -pessus 70. III,988
dis-perīre 113.49
dis-picere 56. III,26
dis-pōnere 48.63
dissimilis 93.5
dis-solūtiō -ōnis *f* 8.21
dis-solvere 8.19; 64. III,903
di-stāre 42.3
dis-tinēre 91. V,203
dīus -a -um 20. I,22; 114. V,1387
dīva -ae *f* 51. II,623
dīvus -ī *m* 19. I,1; 117.5
doctrīna -ae *f* 7; 23.22; 30.27
documen -inis *n* 119. VI,392
dōnīque 108. V,997
dorcas -adis *f* 83.17
dubitāre + *īnf* 75. III,1045
dulcēdō -dinis *f* 61.4; 113.34

E
ēditus -a -um 33.9
efferre (laudibus) 10.1
efferus -a -um 46.19
ef-fluere 65.10
ef-fugium -ī *n* 108. V,994
egestās -ātis *f* 27.6; 71. III,1011
elementum -ī *n* n *pl* 10.10; 25. I, 81
ē-mānāre 11.6
ē-mergere 36. II,13
ē-ructāre 71. III,1012
ex-aequāre 23.19
exanimātus / exanimus -a -um 130.60
excellere 20. I,27
ex-ciēre 41. II,327
ex-clūdere 86. IV,1177
ex-cutere = expellere, abicere 7.4
exhibēre 14.33
ex-imere 60. III,864
exitus -ūs *m* 9.18
exōrdium -iī *n* 42.2; 56. III,31
expedīre -īvisse/-iisse -ītum 125. VI,1093
expergitus 64. III,929
ex-pers -pertis 109. V,998
explōrātus -a -um habēre 14.39
ex-prōmere 53.3
ex-quīsītus -a -um 12.25
ex-sistere 90.20
ex-spīrāre -āns; 44. II,354; 117.16
ex-stāre 64. III,929
ex-struere 131.89
exsultāre 48.49
ex-superāre 135. VI,1272
ex-tendere -disse -tēnsum 47.34
ex-torquēre 133. VI,1224
ex-trahere 85.57
extrīnsecus 125. VI,1099
ex-ūrere 62.25

F
fallācia -ae *f* 105.84
famul 74. III,1035
fascēs 70. III,996
fātālis -e 94.40
faucēs -ium *f pl* 71. III,1012; 123.25
febris -is *f* 34.37
fēcundus -a -um 90.17
ferē (= plērumque) 116. V,1414
ferīnus -a -um 11.12; 114.51
fervēscere 126. VI,1164
fervidus -a -um 89.11
fervor -ōris *m* 90.23; 123.43
fētidus -a -um 86. IV,1160
figūra -ae *f* 31. I,950; 42.4
fīlum 44. II,341
fingere fīnxisse fictum 35.65
fīnis -is m/f 72. III,1021; 116. V, 1433
fīnītus -a -um 24. I,76
flābra -ōrum *n pl* 92. V,217
flagellum -ī *n* 72. III,1019
flammāre 22.12; 24. I,73
flātus -ūs *m* 124.57
flāvus -a -um 30.18
flōrēre -uisse 90.22
flōrēscere 103.20
flōridus -a -um 106. V,943
flōri-fer -fera -ferum 55. III, 11
fluenta -ōrum *n pl* 103.28
fluitāre 75. III,1052
fōns fontis *m* 29.7; 42.13; 46.2
formīdō -inis *f* 68.4; 75. III,1049
fornāx -cis *f* 124.55
fors fortis *f* 68.6
fortuītō 11.10
fortuītus-a -um 122.8
fremitus -ūs *m* 118.38
frētus -a -um 107. V,966
frondēre 90.22
frondi-fer -era -erum 19. I,18; 43.27
frūctus -ūs *m* 64. III,914; 69.32

frūgi-ferēns -entis 19. I,3
frutex -icis *m* 103.35
fugitāre 133. VI,1239
fulgor -ōris *m* 37. II,51; 39.21
fūmāre 43.22
fundāre = sustinēre, fīrmāre 102.4
fūnestus -a -um 122.16
fūnus -eris *n* 129.46
furiōsus -a -um 127. VI,1184
fūrtim 86. IV,1176

G
gāza -ae *f* 37. II,37
gelum -ī *n* : nix 89.11
gemmāns -antis 39.13
tenus (+ gen) 31. I, 940
generātim 19. I,20
genitābilis -e 19. I,11
genitālis -e 128.19
gestus -ūs *m* 110.13
glandi-fer -ra -rum 106. V,939
glāns -andis *f* 102.16; 113.41
glēba -ae *f* 90.18
Grāius -a -um 22.5; 51. II,629; 55. III, 3
grāmen-inis *n* 34.33; 112.13
grandis -e 67. III,952
gravēscere 72. III,1022
gravitās -ātis *f* 76.4
gustus -ūs *m* 11.4
gutta -ae 7.12
guttur -is *n* 123.32

H
haedus -ī *m* 43.37; 53.10
haerēre 76.21
hālāre 119. VI,391
haudquāquam 62.33
hirsūtus -a -um 104.49
hirundō -inis *f* 53.9
homullus -ī *m* 62.22
horrider -era -erum 92. V,218
horridus -a -um 130.72
horri-fer -era -erum 71. III,1012
horrificus -a -um 50. II,609; 63. III,906
humāre 131.84

I
iactus -ūs *m* 71. III,1016
igni-fer -ra -rum 36. II,25; 119. VI,379
ignōrantia -ae *f* 35.60
illūstrāre 8.2
illuviēs -ēī *f* 135. VI,1265
imbēcillus -a -um 14.35; 111. V,1023
immānis -e 68.10; 84.19
immātūrus -a -um 90.29
immēnsitās -ātis *f* 13.18
im-mōtus -a -um 40.28
im-mūtāre 13.2; 113.40
impēnsa -ae *f* 15.63
impēnsus -a -um 107. V,964
imperiōsus -a -um 110.8
impetuōsus -a -um 103.43
imprimere -pressisse -pressum 53.6
imprōvidus -a -um 31. I, 939
im-prūdēns -tis 105.90
impūrē 24.39
in cassum 109. V,1002; 116. V,1430
in prīmīs 116. V,1413
ināne - is *n* 7.11
inānis -e 74.29; 114.61
inānitās -ātis *f* 15.55
in-cautus -a -um 30.20
incēdere 132. VI,1213
incestē 26. I, 98
in-cidere 122.20
inclināre 18.34
inclīnātiō -ōnis *f* 10.8
incommodum -ī *n* 60. III,865
in-cumbere 125. VI,1143
incūria -ae *f* 129.48
incutere -io -ussisse -ussum 19. I,19; 30. I, 924
indicium -ī *n* 119. VI,382
indigus -a -um 49.68; 92. V,223
in-dīviduus -a -um 13.8
in-dūcere (+ acc/īnf) 28. I, 142
indulgēre indulsisse indultum 65.4
īn-fīgere -fīxisse -fīxum 53.5
īnfīnitās -ātis *f* 13.4
īn-fīnītus -a -um 10.15
īn-flāre 112.5
īn-frāctus -a -um 92. V,230
īnfula -ae *f* 23.28
īn-fundere 105.90
in-gemere (+ dat) 91. V, 209
ingrātīs 77. III,1069
in-grātus -a -um 47.32
in-grātus -a -um 69.29
inhiāre 20. I,36
in-humātus -a -um 129.28
initus -ūs *m* 19. I,13
in-noxius -a -um 118.17
in-nūbilus -a -um 55. III,21
in-numerābilis 9.27
innumerābilitās -ātis *f* 13.5
inquīrere 87. IV,1189
īn-satiābilis -e 61.14
īn-sculpere -sculpsisse -sculptum 14.31
īn-sēdābilis 124.62
īn-sidēre 64. III,901
īnsignis -e 31. I, 929
īn-sinuāre 117.8
īn-situs -a -um 14.29
īnstāre 24. I,65
īn-sternere 108. V,987
īn-struere 15.78
īn-sultāre 74. III,1032
in-tegere 56. III,22
intempestīvus -a -um 122.14
intempestus -a -um 104.65
interitus -us *m* 13.6; 94.41
inter-mundium -ī *n* 7.15
interpres -etis m/f 123.28
inter-rumpere 58.24
intimus -a -um 122.19
intolerābilis -e 123.40
intrīnsecus 126. VI,1147
inumbrāre 63. III,913
in-ūrere -ussisse -ustum 123.51
in-vehī (in +acc) 11.10
inventor -ōris *m* 53.12
in-volvere 107. V,972
iocus -ī *m* (pl ioca -ōrum n) 115. V,1397
ir-rīdēre 85. IV,1157
irrītāre 24. I,70
itidem 55. III,12
iūgerum -i *n* 68.11

L
labāre 126. VI,1153
labeōsus -a -um 86. IV,1169
lābēs -is *f* 105. V,930
labium -iī *n* 30.20
labōrāre (ex/ab + abl) 129.39
labōriōsus -a -um 35.60
lacūna -ae *f* 74. III,1031
lāmentum -ī *n* 104.68
lāmina -ae *f* 69.44
lampadium -ī *n* 86. IV, 1165
lampas -adis *f* 34.28; 132. VI, 1198
languēre 65.17; 105.88; 123.29; 128
languēscere 73.19
lāniger -a -um 40. II,318; 95.V,866; 129.44
laquear -āris *n* 34.31
laqueātus -a -um 36. II,28
largificus -a -um 51.II,627
lascīvia -ae *f* 112.19
lassus -a -um 133. VI,1245
lātē 89.10
latebra -ae *f* 104.49
latex -icis *m* 31. I, 941; 52. II,657; 71. III,1009
lātitūdō -inis *f* 13.18
lātrāre 36. II,17
lēcta 103.45
lēnīre 7.1
lepōs lepōris *m* 18.15; 31. I, 934;

71. III,1006; 75. III,1036
lētum -ī 62.24; 75. III,1041; 109. V,1007; 116. V,1420; 123.38; 132. VI,1199
levāre 45. II,365
lēvis -e 114. V,1380
levi-somnus -a -um 95. V,864
leviter 109. V,1003
lībāre 55. III,11
līdere 109. V,1001
liquēns -entis 12.8
liquidus -a -um
liquidus -a -um 30.19; 56. III,40; 91. V,212; 112.1; 118.31
liquor -ōris *m* 30.19
longē 41. II,321
loquācitās -ātis *f* 84.22
loquāculus -a -um 86. IV,1165
loquēlla -ae *f* 18.39; 90.38
lūbricus -a -um 106. V,950
lūcidus -a -um 28. I, 147; 38. II,60
lūdibrium ī *n* 37. II,47
lūdificāre 30.20
luēlla -ae *f* 71. III,1015
lūgubris -e 90.33
lūstrum -ī *n* 105. V,931

M

macer -cra -crum 84.24
maciēs -ēī *f* 86. IV,1167
mactāre 43.21
mactātus -ūs *m* 26. I, 99
madēre 127. VI,1187
maeror -ōris *m* 62.16; 124.70
magistrātus -ūs *m* 69.22
magnopere 133. VI,1230
māla -ae *f* 25. I, 88; 48.56
mammōsus -a -um 86. IV,1168
mannus -ī *m* 76.13
marcēre 65.16
māteriēs -ēī *f* 59. III,847
medērī 29.16
medicīna -ae *f* 127. VI,1179
meditārī 87. IV,1182
melichrūs *adi* Gr 86. IV,1160
meritō 67. III,954
mersāre 109. V,1008; 127. VI,1176
minitārī 24. I,68
minūtātim 114. V,1384; 131. VI,1191
minūtus -a -um 127. VI,1888
missilis -e 104.47
mōbilitās -ātis *f* 95. V,858
moderātor -ōris *m* 102.10; 134. VI,1248
moenera (= munera) 20. I,32
mōlīrī -ītum esse 14.38; 102.11
morbidus -a -um 122.2; 130.64
obīre mortem 113.47
cōnscīscere sibi mortem 6.37
morti-fer -a -um 122.3
mulcēre 112.10
multigenus -a -um 43. II,335
multimodīs 85. IV,1155; 115. V,1406
multimodus -a -um 60. III,856
mūnificāre 51. II,625
murmur -is *n* 22.8; 74. III,1032; 118.38
mūsaeus -a -um 31. I, 934
muscus -ī *m* 103.29
mūsica -ae *f* 12.24
mussāre 124.65
mūtuus -a -um 103.42; 110.15

N

nārēs -ium *f pl* 128.4
nātūrālis -e 8.28
nāviger -era -erum 19. I,3
nāvigium -ī *n* 109. V,1006
nāvita -ae *m* 92. V,223
negōtium -ii n14.33
nempe 84.35
nemus -oris *n* 103.33; 114. V, 1386
nēquīquam 95. V,846
nequīre -eō -īvisse 22.16
nervōsus -a -um 86. IV,1161
nervus -ī *m* 102.5; 123.43; 128.1
nigror -ōris *m* 56. III,39
nihilum -ī *n* 9.23
nitēre -uisse 19. I,9; 46.8
nītī nīsum 36. II,12
nitidus -a -um 48. II,594
nixārī 71. III,1000
nīxus -ūs *m* 90.33
nōdus -ī *m* 29.12
nōtiō -ōnis *f* 14.25
nūbila -ōrum *n pl* 17.7; 55. III,19
nūmen -inis *n* 55. III,18
numerus = cantus 48.50; 113.33
ob-dūcere 89.14; 123.26
obitus -ūs *m* 57.19; 67. III,953
oblectāre 43.33
oblīvium -ī *n* 77. III,1066; 132. VI,1213

O

ob-sistere 22.7
ob-stāre 83.2
ob-tegere 89.7
ob-terere 25. I,79
ob-tinēre 70. III,989
ob-tundere 118.24
ob-umbrāre 48.46
ob-versārī animō 11.8
occupātiō -ōnis *f* 14.38
odiōsus -a -um 85.59
odōrātus -ūs *m* 11.4
of-fendere -fendisse -fēnsum 66. III,941; 87. IV,1180
omnimodīs 111. V,1024
opīnārī 69.34
ops opis *f* 49.68; 109. V,998; 133. VI,1242
ōra pōculī 30.18
orbāta 43.23
ostrum -ī *n* 37. II,35

P

pābulum -ī *n* 19. I,14
paedor -ōris *m* 130.72
pālārī 35. II,10; 107. V,974
pangere pānxisse pāctum 18.25; 31. I, 933
pannus -ī *m* 130.73
parābilis -e 15.65
parentēs -tum *m pl* 46.20
particula -ae *f* 7.8
partim *adv* 103.30; 106. V, 952
partim… partim… 93.5; 132. VI, 1208
pāscua -ōrum *n pl* 43.34
paupertas -ātis *f* 130.58
pausa -ae *f* 58.34; 64. III,930
pavitāre 38. II,58
pelagus -ī *n* 73.9
pellācia -ae *f* 109. V,1004
pellicere 109. V,1005
pellis -is *f* 103.32; 110.1; 113.43; 128.6
penūria -ae *f* 105.87
per-agrāre 24. I,74; 30. I, 926; 45. II,355
per-ciēre -ciisse -citum 56. III,33
per-cipere 10.13; 42.2
per-errāre 29.7
per-fīgere -fīxisse -fīxum 117.16
per-fluere 66. III,937
per-fungī 67. III,956
per-imere -ēmisse -emptum 92. V,216; 111. V,1026
per-mētīrī -mēnsum 122.20
pernīx -īcis 51. II,635
per-olēre 123.36
per-paulum 13.14
per-petī 118.24
perpetuō 69.23
per-pōtāre 30.21; 31. I, 940
per-quīrere 117.4
per-spicere 30.31; 31. I, 949; 117.1
per-tundere -tudisse -tūsum 65.6
per-turbātiō -ōnis *f* 12.5
per-vincere 22.12
per-volitāre 42.14; 44. II,346
pervulgāre 44. II,346
pesti-fer -a -um 129.36

pestilitās -ātis *f* 125. VI,1098
petulcus -a -um 45. II,368
philēma -atos *n* Gr. 86. IV,1169
philosophia -ae *f* 27.2
philosophus -ī *m* 7.2
physica -ōrum *n pl* 13.1
pictūra -ae *f* 34.38
pilus -ī *m* 104.
pix picis *f* 69.44
plācāre 17.9; 102.15
plangor -ōris *m* 104.52
plēbeius -a -um 37. II,36; 114.59
plexus -a -um 113.21
poēma -atis *n* 6.35
poenīre 133. VI,1241
pollēre 49.68; 113.38
polluere 12.10
porrō 46.7; 56. III,23; 89.11; 120. VI,404; 128.17
portentum -ī *n* 93.13
postēs -ium *m pl* 87. IV,1178
postscaenium -ī *n* 87. IV,1186
potīrī rērum 33.15
potis -e (adi indēcl) 77. III,1069
praeceptum -ī *n* 55. III,10
praecipitanter 77. III,1063
praeditus -a -um + abl 42.4; 89.5
prae-nūntiāre 18.12
prae-pandere 28. I, 144
prae-petere 85. IV,1152
prae-ripere 64. III,896
praesertim 27.5
praestāre 18.27
praestō 113.36
praetermittere 87. IV,1191
prīmōrdia -ōrum *n pl* rērum 9.26; 39.2; 46.1; 54.36
prīmōris -e 131. VI,1193
prīncipiō 48. II,589; 94.24
prīscus -a -um 11.12
prīstinus -a -um 113.40
prīvāre -ātus 49.67 61.13; 105.77; 132. VI,1209
prō-cūdere 95. V,856
prō-dere -didī -ditum 70. III,979
prōferre 49.74
prō-ficere 34.43
prōfluvium -ī *n* 128.17
prōgeniēs -ēī *f* 50. II,617
proinde ac 74. III,1035; 77. III,1053
prōlēs -is *f* 18.43; 43.24; 46.19; 93.18
prōluviēs -ei *f* 106. V,950; 128.14
prō-merēre 52. II,651
propāgāre 18.20; 94.19
propāgō -inis *f* 21. I,42; 111. V,1026
propter = iūxta 115. V, 1393
propter 36. II,30
propterea quod 15.64
prōrsus 42.9; -um 44. II, 340
pro-scindere 89.16
prō-sternere -strāvisse -strātum 34.32; 115. V,1392; 123.36
prōvidentia -ae *f* 11.9
prō-volvere 134.
pruīna -ae *f* 54.25; 90.24
pulsus -ūs *m* 40.25
pūmiliō -ōnis m/f 83.17
pūniceus -a -um 106. V,941
purpureus -a -um 35.57; 114.57
puteālis -e 124.61
pūtor -ōris *m* 122.13

Q
quamlibet (+ con) 70. III,987
quamvīs (+con) 24.39
quandoquidem 57.2
quārē 25. I,78
querēlla -ae *f* 114. V, 1384
quī = quō modō? 120. VI,411
quippe quī 77. III,1062; cum (+ coni) 127. VI,1180
quīre -eō -īvisse / (i)isse 33.10; 46.11; 58.40; 99. V,879; 116. V,1422; 118.34
quō 20. I,28; 44. II,336; = quam ob rem 116. V,1425
quoad 116. V,1433
quō-cumque 117.13
quod 14.24
quōquam 95.V,843

R
radius -ī *m* 10.3; 38. II,60
rancidus -a -um 126. VI,1155
rapāx -ācis 19. I,17; 129.42
raptim 69.27
raucus -a -um 48.37; 124.80
re(i)icere -iō -iēcī -iectum 18.33
reboāre 36. II,28
re-cubāre 20. I,38; 34.39
red-dere -didisse -ditum 104.62; 125. VI,1139
red-igere -ēgisse -āctum 59. III,848; 94.41
redimīre -iisse -ītum 113.21
referre 51. II,633
rē-iectāre 41. II,328
re-nīdēre 36. II,27
renīdēscere 41. II,326
re-pellere -ppulisse -pulsum 14.52; 48.63; 52. II,645
repertor -ōris *m* 75. III,1036
repertum -ī *n* 9.21
repetentia -ae *f* 59. III,851
replēre 17.4
re-poscere 43.40
reptāre 39.12
requiēs -ēī *f* 124.64
nātūra rērum 8
reserāre 19. I,11
re-servāre 94.21
re-sidēre -sēdisse 76.4; 116. V,1425
re-spectāre 107. V,975
re-stāre 90.34
resupīnus -a -um 20. I,37
re-tegere -tēxisse -tectum 56. III,30
retrō 31. I, 944
re-verērī 37. II,51
rhadinē -ēs *f* 86. IV,1167
rictus -ūs *m* 131. VI,1195
rigidus -a -um 128.9
rixārī 131.90
rōbustus -a -um 15.68; 130.56
rōs rōris *m* 39.13; 43.30
roseus -a -um 104.55
rūrsum 58.21; 71. III,1001

S
saecula *pl n* 107. V,967
saepe-numerō 118.42
saetiger -ra -rum 107. V,970
salix -icis *f* 43.30
salsus -a -um 73.8; 124.79
sapientia -ae *f* 11.4
sapor -ōris *m* 10.11
satiāre 39.14; 69.31
satietās -ātis *f* 112.11
satur -a -um 67. III,960
saturārī 66.31
saxeus -a -um 104.63
scatēre 103.30
scelerōsus -a -um 23.24
scrūtārī 70. III,985
sē-cēdere 8.34
secūris -is *f* 70. III,996
sēcūritās -ātis *f* 14.42
sēcūrus -a -um 12.19
seges -etis *f* 47.28
sē-iūnctus -a -um 52. II,648
sē-iungere 36. II,18
semianimus -a -um 130.72
sēmina rērum 9.30
sē-mōtus -a -um 52. II,648
sēnsi-fer -a -um 64. III,924
sēnsus -ūs *m* 10.12; 33.21; 39.5; 43.32; 49.70; 57.13; 91. V,207; 116. V,1415
sentis -is *m*
sepultūra -ae *f* 130.82; 135. VI,1273
sequāx -ācis 37. II,48
sertum -ī *n* 84.41
sibilus -ī *m* 112.3
sīlānus -ī *m* 134. VI,1260
silvestris -tre 103.26; 113.35

sīmulus -a -um 84.27
singultus -ūs *m* 123.41
socius -ī *m* / socia -ae *f* 18.24
sōlācium -iī *n* 113.27
solidus -a -um 13.8; 105. V,927
sollemnis -e 23.37
sollers -tis 105.91
sollicitus -a -um
sollicitus -a -um 75. III,1049; 127. VI,1185
solum -i *n* 30. I, 927
sonitus -ūs *m* 37. II,49; 41. II,327; 48.37; 120. VI,401
sonor -ōris *m* 127. VI,1185
sōpīre 63. III,904
sopor -ōris *m* 61.11
sordēs -is *f* 135. VI,1266
spīritus -ūs *m* 18.36; 124.72
splendor -ōris *m* 35.57; 39.20
spūma -ae *f* 104
spūmāre 104.64
spūmiger -ra -rum 108. V,985
spūtum -ī *n* 124.79
squālidus -a -um 103.34
squāma -ae *f* 44
squāmiger -era -erum 44. II,343
stertere 74.27
stimulus -ī *m* 69.46
stips stipis *f* 48.45
stomachus -ī *m* 124.54
suāvis -e 17.8; 30.27; 33.8
sub dīvō 112.9
sub-dere 135. VI,1280
subdolus -a -um 105.84
sub-igere -ēgisse -āctus 90.19
subsidia -ōrum *n pl* 37. II,42
sub-sternere 36. II,22
subter + acc / abl 19. I,2; 41. II,326
suc-cendere 46.5
sūdāre 126. VI,1147
sūdor -ōris *m* 124.78
suf-ferre 71. III,999
suffīre 86. IV,1175
suf-fundere -fūdisse -fūsum 56. III,39; 123.24
summa -ae *f* 39.2; 44. II,339
superā 115. V,1407
supercilium -ī *n* 124.70
supernē 122.11
suppeditāre 34.29; 46.9; 53.12

T

tābēs -is *f* 128.13
tābēscere 63. III,911
tāctus -ūs *m* 11.4; 123.31
taeda -ae *f* 71. III,1017
taedere pertaesum esse 76.10
taedium -ī *n* 76.16
taeter -tra -trum 31. I, 936; 105.76; 123.35; 128.13
tellūs -ūris *f* 17.7
temere 11.11; 109. V,1002; 132. VI,1219;
temnere 67. III,957
tempora -um *n pl* 29.11; 128.6
tendere tetendisse tentum / tēnsum 131. VI,1195
tepidus 123.49
teres teretis 20. I,35
terminātus -a -um 15.65
terrificus -a -um 48.50; 117.12
terrigena -ae *m* 115. V,1411
textilis -e 34.38
thyrsus -ī *m* 29.3
tībia -ae *f* 48.37
timefactus -a -um 37. II,44
tollere 89.12
tondēre 40. II, 317
torpēre -uisse 70. III,981
tractāre 12.23; 106. V,932
trā-nāre 19. I,15
tremebundus -a -um 23.36; 26. I, 95
tremulus -a -um 45. II,367; 53.10
trepidāre 48.54
tribuere -uisse -ūtum 83.6; 94.36
trūdere trūsisse trūsum 69.25
turbō -inis *m* 92. V,217; 118.19
tūricremus -a -um 44. II,353
turpāre 23.26; 25. I, 85
tūs tūris *n* 43.22
tussis -is *f* 84.25; 124.80
tūtārī -ātum esse 90.42; 94.21
tū-te 74. III,1024; 85. IV,1150
tūtēla -ae *f* 94.22
tympanum -ī *n* 47.34

U

ūbera -um *f pl* 84.26
ubi : cum prīmum 110.1
ulcus -eris *n* 105.75; 123.29; 128.13
umbrāre 51. II,628
ūmor -ōris *m* 124.73
uncus -a -um 113.30
unguentum -ī *n* 84.42
unguere 84.42
ūniter 59. III,846
ūnus-quisque 135. VI,1275
ut : quō modō 119. VI,386
utī 36. II,22; 44. II,339
ūtilitās -ātis *f* 94.23; 127. VI,1171
utquī 36. II,17

V

vacātiō -ōnis *f* 14.42
vagē 60. III,860
vagus - a -um 103.27
valēscere 31. I, 942
vapor -ōris *m* 12.9
variātus -a -um 42.3
varietās -ātis *f* 10.10
vehementer 11.9
velutī 31. I, 936; 38. II,55
venēnum -ī *n* 105.91
venustās -ātis *f* 29.14
vērī simile 6.26
vermina -um *n pl* 105.77
vērnus -a -um 17.10
vertex -icis *m* 69.27
vestīre -īvisse -ītum 53.14
veterīnus -a -um 94.29
vexāre 33.2; 131.98
vexillum -ī *n* 105.80
vicissim 25. I,78; 87. IV,1190; 95. V,840
vigēre -guisse 17.11; 45. II,361; 30. I, 925; 85. IV,1156; 113.25
violentus -a -um 48.39; 90.25
virēre -uisse 19. I,18
virgineus -a -um 23.28
virgultum -ī *n* 102.12
viridāns -antis 37. II,33; 112.16
viridis -e 18.18; 34.36; 39.17; 83.15; 103.29
vīsus -ūs *m* 20. I,36
vītālis -e 90.31; 94.20; 122.6
vitulus -ī *m* 42
vīvidus -a -um 24. I,72
vocāmen -inis *n* 52. II,657
vōciferārī 55. III,14
vocitare 50. II,611
volitāre 122.7
voluptās -ātis *f* 8.27
vōmer -eris *m* 90.18
vulgivagus -a -um 106. V,932
vulgō 42.5
vulpēs -is *f* 94.26

INDEX NOMINVM

Acherūns -ūntis *m*, flūmen quod est apud Īnferōs (: Īnferī) 54.42; 68
Acherūsius -a -um < Acherūns 54.30; 72. III,1023
Aeneadēs -um *m pl* = Rōmānī (: fīliī Aenēae) 17.2
Ancus Mārcius, rex Rōmānōrum 73.2
Aulis -idis *f*, portus Boeōtiae unde classis Graecōrum Trōiam profecta est 23.26

Cecrops -opis *m*, prīmus rex Athēniēnsium 122.16
Cerberus -ī *m*, ferōx canis Plūtōnis, quī tria capita habet 69.37
Cūrētes -um *m pl*, armātī hominēs in festis Cybelis 48.48
Cybeles -is *f*, dea tellūris, vocāta "Magna Māter" 46

Danaidēs = fīliae Danaī 69.35
Dēmocritus -ī *m*, philosophus Graecus 7.5; 75. III,1039
Dictaeus -a -um < Dictē, mōns in Crētā ubi Iuppiter nātus esse dīcitur 48.51

Epicūrus -ī *m*, philosophus Graecus 7

Favōnius -ī *m* = Zephyrus 17.11
Furiae -ārum *f pl*, trēs sorōrēs quae, ex Īnferīs venientēs in terrās, persequentēs hominēs scelestōs, eōs īnsānōs faciunt. 69.37

Gallī -ōrum *n pl*, sacerdōtēs Mātris magnae, quī membra virīlia sibi secābant 47.30
Grātia -ae *f*, ūna ex tribus deābus pulchritūdinis 83.18

Helicōniades -um *f* = Mūsae 73.15
Hellēspontus -ī *m*, fretum inter Eurōpam et Asiam 73
Hierōnymus -ī *m*, vir doctus, quem Chrīstiānī sānctum post mortem habuērunt (331-420 p. Chr. n.) 5.1
Homērus -ī *m*, poēta Graecōrum māximus 73.16
Hymenaeus -ī *m*, deus mātrimōniī 26.97

Iacchus -ī *m* = Bacchus (quem quīdam Cereris fīlium esse dīcēbant) 84.27
Īda, mōns Asiae prope Trōiam 47.26

Īdaeus -a -um < Īda, mōns Asiae 47.26
Īphianassa -ae = Īphigenīa23.27
Īphigenīa -ae *f*, fīlia Agamemnonis9.13

Māvors -ortis *m* = Mārs 20.32
Memmiadēs -ae *m* = homō gentis Memmiae : Memmius 18.26
Mūsae -ārum *f*, deae novem quae carminibus aliīsque artibus praesunt 29.4

Palladium -ī *n*, simulācrum Minervae 86. IV,1161
Pandīōn -onis *m*, rex Athēniēnsium antīquus 123.21
Peloponnēsiacus -a -um < Peloponnēsus [P. bellum annō 431 a. Chr. n. initium habuit] 12.12
Phrygius -a -um < Phrygia -ae *f* 47.27
Pīeridēs -um *f* = Mūsae 29.6
Pīerius -a -um = (< Pīeridēs) Mūsārum, mūsaeus 31.946
Pompeiī -ōrum *m pl*, oppidum Campaniae 6.24

Sāturnus -ī *m*, Iovis pāter, 48.
Scīpiadas -ae *m* : Scīpiō Āfricānus 74. III,1034
Scīpiō -ōnis *m* 73 cognomine "Āfricānus", carthāginiēnsēs dēvīcit in bellō Pūnicō II (a. 202 a. Chr. n.) 73.11
sīlēnus -ī *m* / satyrus -ī *m*, Bacchī comitēs 84.28
Sīsyphus -ī *m*, vir qui apud Īnferōs ad saxum in aeternum volvendum condemnātus esse dīcēbātur. 68.18

Tantalus -ī *m*, rēx scelerōsus in Īnferīs pūnītus 68.2
Tartarus -ī *m*, loca apud Īnferōs ubi cruciantur scelestī 69.38
Tityos -ī (acc Tityon) *m*, gigas ā deīs in Acheruntem missus 68.7
Trivia -ae *f* = Diāna 25.84
Tyrrhēnus -a -um : Etruscus 119. VI,381

Xerxēs, rēx īnsignis Persārum (: gentis Asiae) 73.6

NOTAE

=	idem atque	*fut*	futūrum
:	id est	*gen*	genetīvus
↔	contrārium	*ger*	gerundium/gerundīvum
<	factum/ortum est	*Gr*	Graecē
/	sīve	*imperf*	imperfectum
+	cum, atque, additur	*ind*	indicātīvus
—	syllaba longa	*īnf*	īnfīnītīvus
◡	syllaba brevis	*m*	masculīnum
|	syllabae dīvidendae	*n*	neutrum
	vōcālēs coniugendae	*nōm*	nōminātīvus
[...]	dēlendum	*pāg.*	pāgina
⟨...⟩	addendum	*part*	participium
a.Chr.n.	ante Chrīstum (nātum)	p.Chr.n.	post Chrīstum (nātum)
abl	ablātīvus	*pass*	passīvum
acc	accūsātīvus	*perf*	perfectum
āct	āctīvum	*pers*	persōna
adi	adiectīvum	*pl*	plūrālis
adv	adverbium	*praes*	praesēns
cap.	capitulum	*prp*	praepositiō
coni	coniūnctīvus	*sg*	singulāris
dat	datīvus	*sup*	superlātīvus
dēcl	dēclīnātiō	*sup I/II*	supīnum I/II
dēp	dēpōnēns	*v.*	versus
f	fēminīnum	*voc*	vocātīvus